In illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorꝫ ꝛ principibus sacerdotū Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ꝛ sapiētes ꝛ scribas: ꝛ et illis occidetis: ꝛ crucifigetis: ꝛ ex eis flagellabit in synagogis vestris. Et ꝑsequemini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat super vos oīs sanguis iustus: q̄ effusus est super terram a sanguie abel iusti vsqꝫ ad sanguinē zacharie filij barachie: quē occidistis iter templum ꝛ altare. Amē dico vobis: veniēt hec omnia sup generationeꝫ istā. Hierusalē hierusaleꝫ que occidis ꝓphetas ꝛ lapidas eos qui ad te missi sūt: quotiens volui cōgregare filios tuos quēadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alas et noluisti. Ecce relinquet vobis domus vestra deserta. Dico eīm vobis non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus q̄ venit: in noie dñi. Credo. Offertoriū. Elegerūt apostoli stephanū leuitam plenū fide et spiritusancto quē lapidauerūt iudei orātem et dicenteꝫ: dñe iesu accipe spirituꝫ meum alleluya. Secreta.

Suscipe q̄s domie munera ꝑ sancti cōmemoratione martyris tui stephani: vt sicut illuꝫ passio fecit gl'iosuꝫ: ita nos deuotio reddat innocuos. Per. Coio. Uideo celos apertos: et iesum stantē a dextris virtutis dei: dñe iesu accipe spiritū meum et ne statuas illis hoc peccatum: quia nesciunt quid faciūt. Postcoio.

Auxilientur nobis domie sūpta mysteria: et intercedente beato stephano prothomartyre tuo sempiterna nos ꝓtectiōe cōfirment. Per dominuꝫ. ¶ In die scti iohīs euāgeliste. Officiū.

In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eū dñs spiritu sapientie ꝛ itellectus: stola glorie induit euꝫ: In tpe paschali. Alleluya all'a. ps. Jocunditatē et exultationem thesaurizauit super eum. Oratio.

Ecclesiam tuam q̄s dñe benignus illustra vt beati iohānis apostoli tui et euāgeliste illumi-

nata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. Per. Memoria de natiuitate: et de sancto stephano tm̄. Lectio libri sapiētie ecclesia. xv.

Qui timet deū: faciet bona. Et qui continens ē iustitie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illū pane vite et intellectꝰ: et aqua sapientie salutaris potabit illum Et firmabitur in illo et non flectetur: et cōtinebit illum et non cōfundetur: et exaltabit illum apud ꝓximos suos. In medio ecclesie aperiet os eius: et implebit eū dñs spiritu sapiētie et intellectus: et stola glorie induet eum Iocūditatem et exultationē: thesaurisabit sup eū. Et nomie eterno hereditabit illū: dñs deus nr̄. Graduale. Exiit sermo inter fratres q̄ discipulus ille nō morit̄. V. Sed sic eum volo manere donec veniam: tu me sequere. Alleluya. V. Hic est discipulꝰ ille qui testimoniū perhibet de his et scimus q̄ verū ē testimoniū eiꝰ. Sequē.

Iohannes iesu christo multum dilecte virgo. Tu eius amore carnalem. In naue parētem liquisti. Tu leue cōiugis pectus respuisti messiam secutus. Ut eius pectoris sacra meruisses flueta potare. Tuqꝫ in terra positus gloriam cōspexisti filij dei. Que solū sanctis in vita credit̄ contuenda esse perenni. Te xp̄s in cruce triūphans matri sue dedit custodē Ut virgo virginē seruares atqꝫ curam suppeditares. Tu te carcere flagrisqꝫ fractꝰ testimonio ꝓ xp̄o es gauisus. Idē mortuos suscitas inqꝫ iesu noīe venenū forte vincis. Tibi summus tacitū ceteris verbū suū pater reuelat Tu nos oēs ꝓcibus sedulis apud deum semper cōmēda. Johānes iesu care. Iste vltimus. V. ter dicat in hoc fest. tantum. Euāge. Scdm̄ iohēm. xxi.

In illo tp̄e Dixit iesus petro Sequere me. Cōuersus petrus vidit illū discipulum quē diligebat iesus sequētē: qui et recubuit in cena sup pectus eius et dixit Domie quis est qui tradet te? Hūc ergo cuꝫ vidisset petrꝰ dixit iesu Dn̄e hic aūt quid? Dicit ei iesus. Sic euꝫ volo manere: donec veniā Quid ad te? Tu me sequere Exiuit ergo sermo iste iter fratres: quia discipulus ille nō moritur Et non dixit ei iesus quia nō morit̄: sed sic eū volo manere donec veniam: quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimoniū phibet de his: et scripsit hec. Et scimꝰ quia verū est testimonium eius. Credo. Offertor. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus q̄ in libano est multiplicabitur. In tēpore pascali. all'a

Suscipe munc. Secreta.

Ora q̄s dñe dignāter oblata: que in eius tibi solēnitate deferimus: cuius nos confidimꝰ patrocinio liberari. Per dñm. Coio. Exiit sermo inter fratres: q̄ discipulus ille non moritur: et nō dixit iesus nō moritur: sed sic eum volo manere donec veniam. In tempore paschali. Alleluya. Postcommunio.

Refecti cibo potuque celesti deus noster: te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percepimus eius muniamur et precibus. Per. ¶ In die sctorum innocentium ad missam. Officium.

Ex ore infantium deus et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Ps. Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oro.

Deus cuius hodierna die preconium innocentes martires non loquendo sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis viciorum mala mortifica: vt fidem tuam quam lingua nostra loquitur: etiam moribus vita fateatur. Qui cum deo. Memoria de natiuitate: de scto stephano: et de scto iohanne tm. Lectio libri apoca. beati iohis apli. xiiii.

In diebus illis: Uidi supra montem syon agnum stantem: et cum eo centum quadraginta quattuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo tanquam vocem aquarum multarum et tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui sicut cytharedorum cytharizantium in cytharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem dei: et ante quattuor animalia et seniores Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quattuor milia: qui empti suut de terra Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt Hi sequuntur agnum: quocunque ierit Hi empti sunt ex omnibus primitie deo et agno: et in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt: ante thronum dei. Grad. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. V. Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiutorium nostrum in noie dni qui fecit celum et terram Alleluya. V. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Sequentia.

Celsa pueri concrepent melodia Eya innocentum canentes tripudia. Quos infans christus hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frendens insania. Herodiane fraudis ob nulla crimina In bethleem ipsius cuncta et per confinia A bimatu et infra iuxta nascendi tempora. Herodes rex christi nati verens infelix imperia. Infremit totus et erigit arma superba dextera. Querit lucis et celi regem cum mente turbida. Ut extinguat qui vitam prestat per sua iacula. Dum non valent intueri lucem splendidam nebulosa quaerentis pectora. Ira feruet fraudes auget herodes seuus vt perdat piorum agmina. Castra militum dux iniquus aggregat: ferrum figit in membra tenera. Inter vbera lac effundit antequam sanguinis fieret coagula. Hostis nature natos euiscerat atque iugulat Ante prosternit quam etas paruula sumat robora Quam beata sunt innocentum ab herode cesa corpuscula Quam felices existunt matres que fuderunt talia pignora. O dulces innocentum acies o pia lactentum pro christo certamina. Paruorum

trucidātur milia mēbris ex tene ris manāt lactis flumina. Ciues angelici veniūt i obuiā. Mira victoria vite captat ōmia turba cā didissima. Te xpē petimus mēte deuotissima. Nostra q̄ venisti reformare secula inocentū gloria. Perfrui nos cōcedas per eterna.

Secundum matheum. ij. capit.

In illo tēpore: Angelus dñi apparuit in sōnis ioseph dicens. Surge ⁊ accipe puerum et matrem eius: ⁊ fuge in egyptū: et esto ibi vsq̄ dum dicā tibi. Futurū est enim: vt herodes querat puerū ad perdendū eum. Qui cō surgēs accepit puerū et matrem eius nocte: ⁊ secessit in egyptum ⁊ erat ibi vsq̄ ad obitū herodis Ut adimpleret quod dictū est a dño per prophetam dicētem. Ex egypto vocaui filiū meū Tūc herodes videns quoniā illusus eēt a magis yratus est valde. Et mittens occidit oēs pueros qui erāt in bethleem ⁊ in omnib⁹ finibus eius a bimatu ⁊ infra secundum tēpus quod exquisierat a magis Tūc adimpletū est quod dictum est per hieremiā prophetam dicē tem. Uox in rama audita est ploratus ⁊ vlulatus multus: rachel plorans filios suos. Et noluit cō solari quia nō sūt. Credo. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta.

Adesto dñe muneribus innocentum festiuitate sacrandis ⁊ presta: vt eorū sinceritatem possimus imitari: quorū tibi dicatā veneramur infantiā. Per do. Cō. Uox in rama audita est plorat⁹ et vlulat⁹ rachel plorās filios suos: ⁊ noluit cōsolari q2 nō sunt. Postcōio.

Uotiua dñe dona pcepimus q̄ sctōrū nobis p̄cib⁹: ⁊ present' vite q̄s pariter ⁊ eterne tribue cōferre subsidiū. Per d. ¶ In die sci thome mart. Ad missam. Offm.

Gaudeamus oēs i dño diē festū celebrātes sub honore thome martyris: de cuius passione gaudēt angeli: ⁊ collaudāt filiū dei. Ps. Exaudi de⁹ oratione meā cū depcor: a timore inimici eri

Deus pro Orō. pe aīam meā. cui⁹ eccl'ia gliosus pōtifex thomas gladus ipiorū occubuit: presta q̄s: vt oēs q̄ eius implorāt auxiliū: petitiōis sue salutarē cōsequant effectū. p d. ¶ Memoria de natiuite de sācto stephano: de sctō iohāne: ⁊ de inocētibus tantū. Epl'a. Oīs pōtifex. Grad. Posuisti dñe. All'. ℣. Glia ⁊ hono. Seqn.

Solēne cāticum hodie resonet i terra. Ad palmā martyris exultet superū caterua Quid facis turba iocūda gratulare cū supera Jubilet mens letabunda psallat xpō vox libera. Colat ⁊ festa dñica deuota cātuaria. Intonat iussa tyrānica turbulēta militia. Dire leges ⁊ mādata īsoler ter sunt plata. Loca xpō cōsecrata prophanauit vis armata. Sz xpī sic i vestigio stabāt thome pedes recti vt nequirent inde flecti In sui regis obsequio arbitrat⁹

luctū mori caput offert percusso ri Gaude thoma de cuiꝰ victoria Ortus christi cumulant gaudia. Martyris declaratur glia crebra per indicia Curātur per eius suffragia lāguidorꝝ multa. Trucidatur nos pastor inter sanctuaria. Nec diei nec locorꝝ obstat reuerētia. Stella maris que letarꝰ te lactasse filium. Nūc precamur assequamur vt thome cōsortiū. Eiꝰ prece gliosa. Euāg. Homo qdā nobil. Credo. Offr. Posuisti dñe.

S Alutaris hostie Secreta. munus sacrādū qs dñe beatus thomas pōtifex ꝛ martyr nobis ad salutē forꝫ deposcat: vt ꝛ cōuersatiōis eius experiamur insignia ꝛ intercessiōis eius percipiamus suffragia. Per d. Coio.

A Diu Postcoio. Magna est. uet nos oēs ꝛ misericors deus: per hec sancta q̄ sūpsimus beati martyrꝰ tui atqꝫ pōtificis [illegible] intercessio veneranda q̄ pro tui nois honore glioso meruit coronari martyrio. Per. ¶ Serta die a natiui. dñi siue dñica fuerit siue nō ad missā. Offm.

D Um mediū silentiū tenerēt oīa ꝛ nox in suo cursu mediū iter haberet: oēs sermo tuus dñe de celis a regalibꝰ sedibus venit. Ps. Dñs regnauit decorē idutꝰ est: indutꝰ est dñs fortitudinē ꝛ pcīxit se. Repetaꝰ offm. deide d. Glia patri et Sicut erat. tertio repetaꝰ offm. Kyrie. Glia i excel. Sctūs. et Agnꝰ. sicut i fe. siplici. ix. lc. dñr hac die siue dñica fuerit. siue non. Orō.

O Mñs sempiterne deꝰ dirige actus nr̄os i bñplacito tuo vt in noie dilecti filij tui: mereamur bonis opibꝰ abūdare. Qui te. Mēo. de scto stephano: de sctō iohāne: de inocētibꝰ: ꝛ [illegible] tm. Ad galathas. iiij. capit.

F Rēs. Quāto tpe heres paruulus ē: nichil differt a seruo: cū sit dñs oim. Sed sub tutoribus ꝛ actoribꝰ est: vsqꝫ ad prefinitū tēpus a patre. Ita ꝛ nos cū essemꝰ paruuli: sub elemētis mūdi eramꝰ seruiētes. At vbi venit plenitudo tpis: misit deꝰ filiū suum factū ex muliere factū sub lege: vt eos q̄ sub lege erāt redimeret: vt adoptionē filiorꝝ reciperemus. Qm aūt estis filij dei: misit deus spiritū filij sui in corda vr̄a clamantē abba pater. Itaqꝫ iam nō est seruus: sed filius. Quod si filius: ꝛ heres p deū. Gr. Speciosus forma pre filiis hoim diffusa est gr̄a in labiis tuis. ℣. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi: līgua mea calamus scribe velociter scribētis. Alla. ℣. Dñs regnauit decorem induit idiut dñs fortitudinē et pcinxit se virtute. Hac die semp siue dñica fue. si ue nō dr ista seqn.

C Hristi ho diernā celebremꝰ natalicia Celica resonēt clare camenas agmina Nūc regis celebrādo gratulāter nuptias Lux noua iā terras illustrat veteres pellēs tenebras. Reserat superna gr̄a diu clausa palatia Felix mater ꝛ sola intacta virgo ꝛ puerpera. Iā nato stas grauida cū viri sis cubilis

nescia. Ois caterua nostra te rogat dña. Soluas quo nostra cuncta peccaminũ vincula virgo sẽpiterne btã. Digna fuisti sola tollentẽ crimina. Intra vteri claustra portare qui gubernat oia supera ifera. Hunc sua laudãt fctã gaudẽtes bona qua viuũt sup essentia Nos hũilima turba dam⁹ debita poscẽtes ei⁹ clemẽtiã. Ut nostra prestans tpa nunc quieta det placita frui vita vtilia donãdo famulis munera. Ac iter nos discrimina seua soluẽs post funera derelicta sedez ducat mort⁊ ac malor ignarã. Ubi ad dexteraz pris almã sedet cõregnãs coeternus per oia Potẽter cũcta disponẽdo cũ eo secla psentia ⁊ futura Beata iustis donãs oibus pmia Preclara qua lux vere micat: q̃ ẽ sal⁹ eterna ⁊ nr̃a gl'ia. S. lucã. ij.

In illo tpe Erãt ioseph ⁊ maria mater iesu mirãtes sup his que dicebãtur de illo Et bñdixit illis symeõ: ⁊ dixit ad mariaz matrẽ eius. Ecce posit⁹ est hic in ruinã ⁊ in resurrectionẽ multor in israel: ⁊ in signũ cui cõtradicetur. Et tuã ipsius aiam pertrãsibit gladi⁹: vt reuelent ex multis cordibus cogitatiões Et erat anna pphetissa filia phanuel de tribu aser: hec processerat in diebus multis: ⁊ vixerat cũ viro suo annis septẽ a vginitate sua. Et hec vidua erat vsq3 ad annos octogita quattuor: q̃ non discedebat de tẽplo ieiunijs et obsecratiõib⁹ seruiẽs nocte ac die Et hec ipã hora supueniens ɔfitebat dño ⁊ loquebat de illo oibus qui expectabãt redẽptionẽ isrl'. Et vt pfecerunt oia secũdũ legẽ dñi: reuersi sũt in galileã i ciuitatẽ suã nazareth. Puer aũt crescebat ⁊ confortabatur: plenus sapiẽtia. Et gratia dei erat in illo. Credo. Offr.

Deus eni firmauit orbẽ terre qui nõ cõmouebitur: parata sedes tua de⁹ ex tũc

Ecce. Secta. (a seculo tu es.

Apta q̃s dñe sacrificiũ plebis tue: quam iesu christi filij tui dñi nostri iubeas esse cõsortẽ: qui humanitat⁊ nostre dignat⁹ est fieri particeps. Qui tecũ. Coio. Tolle puerũ et matrẽ eius et vade in terrã inda: defuncti sunt enim qui querebãt ani

Sumpto Postcõ. mã pueri.

Sacrificio dñe tua generaliter exultet eccl'ia: quo infirmitates eius sũt assumpte: vt diuine particeps fieret ipa substãtie. p. do. ¶ In die scti siluestri Officiũ

Da Oratio (Sacdotes tui.

Dq̃s ops deus: vt beati siluestri confessoris tui atq3 põtificis veneranda solẽnitas et deuotionem nobis augeat ⁊ salutẽ. Per. Memoria de natiui. de sancto stephano: de sancto iohãne: de inocẽti. ⁊ [illegible]. Ep'la. Ecce sacerdos. Grad Ecce sacerdos. All' ℣. Inueni. Sequẽtia de cõi Euã. Homo quidam peregre. Credo. Offertor. Inueni dauid. Secreta.

Adesto q̃s domine supplicationibus nostris / nec vllis mẽtis et corporis patiaris subiacere periculis: quos bti siluestri

pontificis muniat gl'iosa ꝯfessio. Per dñm. Coio. Beatus seruus.

Quesumus oĩps. Postcoio. deus: vt hodierne mun⁹ solēnitatis acceptuꝫ: intercedente beato siluestro cōfessoꝛe tuo atq; pōtifice: ⁊ coꝛpoꝛibus nostris salutem p̄stet ⁊ mentibus. Per.

¶ In die circũcisio. dñi ad missā. Officiũ. Puer natus est no. Oratio

Deus q̄ nobis nati saluatoris diem celebꝛare cōcedis octauuꝫ: fac nos quesumus eius perpetua diuinitate muniri cui⁹ sumus carnali cōmercio reparati. Qui te. Nulla fiat mēoꝛia ad hāc missaꝫ. Ep'la. Apparuit gr̄a dei. vt in pꝛima missa i die nati. Grad. Viderũt. vt in tertia missa in die nati. Alleluya. ℣. Multifariā olim deus loquens patribus in pꝛophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo. Seque. Ypa te.

Ecolam⁹ laudib⁹ pijs digna Hui⁹ diei gaudia i qua nobis lux oꝛitur gratissima. Noct; interit nebula pereũt nr̄i criminis vmbꝛacula Hodie seculo mar; stella est enixa noue salutis gaudia. Quē tremũt baratra moꝛs cruēta pauet ip̄a a quo p̄ibit moꝛtua. Gemit capta pestis antiqua coluber liuidus p̄dit spolia. Homo lapsus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudēt i hac die agmina angeloꝝ celestia. Quia erat dꝛagma decima p̄dita ⁊ est iuēta. O pꝛoles nimiũ btā qua redempta est natura. Deus q̄ creauit oīa nascit ex femina. Mirabilis natura mirifice induta assumēs qd̄ nō erat manens qd̄ erat. Induit natura diuinitas humana q̄s audiuit talia dic rogo fctā Querere venerat pastoꝛ pius qd̄ perierat Induit galeaꝫ certat vt miles armatura. Pꝛostrat⁹ i sua pꝛopꝛia ruit hostis spicula auferũtur tela In q̄bus fidebat diuisa sũt illi⁹ spolia capta pꝛeda sua Chꝛisti pugna foꝛtissima sal⁹ nostra est vera Qui nos sũmā ad patriā duxit post victoꝛiā In qua sibi laus est eterna. S. luca. ij. cap.

In illo tempoꝛe: Postq̄ consũmati sunt dies octo vt circuncideret puer: vocatuꝫ est nomē ei⁹ iesus. Qd̄ vocatũ est ab angelo: pꝛiusq̄ in vtero ꝯciperetur Credo. Offer. Tui sũt celi. Secre.

Presta q̄s oĩps deus: vt p̄ hec munera que dñi nostri iesu chꝛisti archane natiuitat; mysterio gerimus: purificate mētis intelligētia cōsequamur. Per eũ. Coio. Viderunt. Postcōmunio.

Presta q̄s dñe: vt qd̄ nostri saluatoꝛis iterata solennitate percepim⁹: perpetue nobis redēptiōis ꝯferat medicinā. Per eundē. In octa. scti stephani scti iohānis et sctoꝝ innocētiuꝫ siue dñica fuerit siue nō: ad missā oīa fiant sicut in. j. die p̄ter sequētiā et Credo. et pꝛefatio. q̄ erit quotid. ita tñ q̄ in octa. scti iohis dꝛ p̄fatio de ap'lis. Et te dñe suppliciter. Et dꝛ cātus sup. Kyrie. Glia in ex. Sctus. et Agnus. sicut i festo siplici. ix. lc. tñ si dñica fuerit dꝛ.

Credo. sed nulla sequētia: et etiā fiant mē̄o. de sctis p ordinē. Memoria aūt fiat de sancta maria i octa. scti stephani et ab hinc usqz ad purifica. tā in fest. qꝫ i ferijs et in dnicis nisi i vigilia epypha. et in die eiusdē cū oratiōe. Deus qui salutis. In vigilia epyph. ad missā offim Lux fulgebit. Hac die si dnica fuerit dr cātus sup. Kyrie Gloria in excelsis. Sāctus. et Agnus. sicut i simplici fest. ix. lc. Si vero dnica nō fuerit dicitur cātus sicut i fe. iij. lc. sū regie chori: et nō dr Glia i ex. nec Credo. nec. Ite missa est. qz quasi vigilia habet tū diacon⁹ et subdiacon⁹ dalmatica et tunica

Corda nostra iduātur. Orō qs dne venture festiuitatis splendor illustret quo mūdi hui⁹ tenebris carere valeamus: et peruenjam⁹ ad patriā claritatꝫ eterne. Per eundē. Memoria de sancto eduardo rege et cōfessore. Orō.

Deus qui vnigenitū filiū tuuz dnm nrm iesuz christū gl'osissimo regi eduardo i forma visibili demōstrasti: tribue qs: vt ei⁹ meritis et precibus ad eternā ipsius domini nostri iesu christi. visionē pertingere mereamur. Qui tecum. Non dicūtur plures vel pauciores oratiōes ad hāc missā: siue dominica fuerit siue nō. Epistola. Apparuit benignitas. Grad Benedict'q venit. ℣ A dno. Quere hec oīa in die natalis dni ad. ij. missā Siue dnica fuerit siue non semp hac die dicitur. Alla. ℣. Domin⁹ regnauit. sed nulla dicitur sequētia Euāgeliū. S. matheū. ij. capit.

In illo tēpore: Defuncto herode: ecce angelus dni apparuit in sōnis ioseph in egypto dicēs. Surge et accipe puerū et matrem ei⁹: et vade in terram israel Defuncti sunt eni: qui querebāt aiam pueri. Qui consurgēs accepit puerum et matrē eius: et venit in terram israel. Audiēs autem quod archelaus regnaret i iudea p herode prē suo: timuit illo ire. Et admonit⁹ in somnis: secessit in partes galilee et veniēs habitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adimpleretur qđ dictum est p prophetas: quoniaz nazarenus vocabit. Offr. Deus eni fir. vt in die natalis domini. Secre.

Tribue qs dne vt eum presentibus immolem⁹ sacrificijs et sumamus: quē venture solēnitatis pia munera ploquūtur: dnm nrm iesuz xpm filiū tuum. Qui tecum vi. Alia secreta.

Sacris altaribus assistētes nos dne quesumus spūsācti luce perfunde: vt qđ tibi in honore bti regis eduardi deuote offerimus nobis ipo interueniēte fiat remediū salutare. Per i vnitate eiusd. Prefatio quoti. Coio Tolle puerum. Require i. vj. die a natiuitate dni. Postcoio.

Da nobis quesumus dne digne celebrare mysteriū qđ in nostri saluatoris infātia miraculis choruscantibus declaratur: et corporalibus incremētis manifesta

designatur humanitas. p eūdē.

Vitalis alimo Alia postcō.

Nic conuiuio saginati quesumus dn̄e deus noster: vt beati regis eduardi ꝯfessoris tui suffragantibus meritis: celestis conuiuii mereamur esse pticipes. Per do. In nocte epypha. post. ix. R. cātet hoc euāg Dn̄s vobiscū. Et cū spū tuo. Sequētia sctī euāgelii secūdum lucā. iii. Glīa tibi dn̄e.

Factū est autē cū baptizaretur omis populus ꝛ iesu baptizato et orante apertū est celū: ꝛ descēdit spūssanctus corporali specie sicut colūba in ipm̄: ꝛ vox de celo facta est Tu es filius meus dilectus: in te cōplacuit michi. Et ipē iesus erat incipiēs quasi ānorū triginta vt putabat filius ioseph Qui fuit hely: q̄ fuit mathat qui fuit leui. Qui fuit melchi: q̄ fuit ianne: q̄ fuit ioseph. Qui fuit mathathie: q̄ fuit amos: q̄ fuit naū. Qui fuit heli: q̄ fuit nagge qui fuit maath. Qui fuit mathathie: qui fuit semei: q̄ fuit ioseph Qui fuit iuda: q̄ fuit iohanna: q̄ fuit resa Qui fuit zorobabel: qui fuit salāthiel q̄ fuit neri. Qui fuit melchi: qui fuit addi: q̄ fuit chosā. Qui fuit helmadā: q̄ fuit her: qui fuit iesu Qui fuit eliezer: qui fuit iorim: q̄ fuit mathath. Qui fuit leui: qui fuit simeō: q̄ fuit iuda Qui fuit ioseph: qui fuit iona qui fuit eliachī. Qui fuit melcha qui fuit mēna: q̄ fuit mathatha. Qui fuit nathan: qui fuit dauid qui fuit iesse. Qui fuit obeth: qui fuit booz: q̄ fuit salmon. Qui fuit nason: q̄ fuit aminadab: q̄ fuit aram. Qui fuit esrom: qui fuit phares: qui fuit iude. Qui fuit iacob: qui fuit ysaac: q̄ fuit abrae. Qui fuit thare: qui fuit nachor q̄ fuit seruch Qui fuit ragau: q̄ fuit phalech: q̄ fuit heber. Qui fuit sale: qui fuit chaynā: q̄ fuit arphaxat Qui fuit sem: qui fuit noe: q̄ fuit lamech Qui fuit mathusale qui fuit enoch q̄ fuit iareth. Qui fuit malelecl: qui fuit caynam q̄ fuit enos. Qui fuit seth: qui fuit adam: qui fuit dei. Jesus aūt plenus spūsancto: regressus est a iordane. Finito euāgel'. incipiat sacerdos i cappa serica. Te deū lau

¶ In die epyph. ad missā. Offm̄.

Ecce aduenit dominator dn̄s ꝛ regnū in manu eius ꝛ potestas ꝛ imperiū. ps. Deus iudicium tuum regi da: ꝛ iusticiam tuam filio regis

Deus Oratio. Kyrie fons. qui hodierna die vnigenitum tuū gētibus stella duce reuelasti: cōcede propicius: vt qui iam te ex fide cognouimus: vsq3 ad cōtemplandā speciem tue celsitudinis perducamur. Per eūdem.

Lectio ysaie pphete. lx. capitu.

Surge illuminare hierusalem quia venit lumē tuū: ꝛ glīa dn̄i sup te orta est. Quia ecce tenebre operiēt terram: ꝛ caligo populos. Super te autē orietur dn̄s: ꝛ glīa eius i te videbitur Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges i splendore ortus tui.

Leua in circuitu oculos tuos et vide: oēs isti congregati sunt venerunt tibi. Filii tui de lōge venient: et filie tue de latere surgent. Tunc videbis et afflues: et mirabitur et dilatabitur cor tuū: quādo cōuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorū operiet te: dromedarij madian et effa. Oēs de sabba venient aurū et thus deferētes: et laudē domino annūciantes. Grad. Omēs de sabba veniēt aurum et thus deferentes et laudem dño annūciātes. ℣. Surge et illuminare hierusalem: qr gloria dñi sup te orta est. All'. ℣. Uidim⁹ stellā ei⁹ in oriēte et venim⁹ cū munerib⁹ adorare

Epyphaniā Sequētia. dñz. domino canam⁹ gloriosaz Qua prolē dei vere magi adorāt Immēsam caldei cui⁹ persecꝫ venerātur potētiā. Quē cuncti prophete precinere venturū gentes ad saluandas. Cui⁹ maiestas ita est inclinata vt assumeret serui formam Ante secula qui deus et tēpora homo factus est ex maria Sequēs ℣. dr ter. Balaā de quo vaticinās exibit ex iacob rutilās inquit stella. Et cōfringet ducū agmina regiōis moab maxima potentia. Huic magi munera deferūt preclara: aurū simul thus et myrrhā. Thure deū p̄dicāt auro regē magnū hoiēz mortalē myrrha. In sōnis hos monet angel⁹ ne redeāt ad regē cōmotū ꝓpter regna Pauebat etēm nimiū regē natū verēs amittere regni iura. Magi sibi stella micante preuia. Pergūt alacres itinera patriam Que eos ducebat ad propriaz linquētes herodis mandata. Qui percussus corde nimiū pre ira. Extēplo mādat infantulos per cūcta Inquiri bethleēm cōfinia et mox priuari eos vita. Ois nunc caterua timulū iūgat laudib⁹ organi neuma Mistice offerēs regi regū xp̄o munera p̄ciosa. Poscens vt per orbem regna oia ꝓtegat i secula sēpiterna. Se. math. ij. ca.

Cum natus esset iesus i bethleem iude i dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriēte venerūt hierosolimā dicētes. Ubi est qui nat⁹ est rex iudeor: Uidim⁹ eniz stellā eius in oriente: et venimus adorare eū. Audiēs aūt herodes rex turbat⁹ est: et oīs hierosolima cuz illo Et cōgregans oēs principes sacerdotuz et scribas ppli: sciscitabatur ab eis vbi xp̄s nasceretur. At illi dixerūt ei. In bethleē iude. Sic em̄ scriptū est p ꝓphetā Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ minima es in pricipib⁹ iuda. Ex te em̄ exiet dux q̄ regat populū meuz isrl'. Tūc herodes clā vocatis magis diligēter didicit ab eis tēpus stelle q̄ apparuit eis Et mittēs illos i bethleem: dixit Ite et iterrogate diligēter de puero: et cū inueneritis renūciate michi: vt ego veniēs adorem eum. Qui cū audissent regē: abierunt Et ecce stella quā viderāt in oriēte antecedebat eos: vsqꝫ dum veniens staret supra vbi erat puer.

Videntes autem stellam: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum: inuenerũt puerum cuz maria matre eius. Et procidẽtes adorauerunt eũ. Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera. Aurũ/ thus: et myrrham. Et respõso accepto in somnis ne redirẽt ad herodẽ: per aliam viã reuersi sunt in regionem suam. Offertor. Reges tharsis et insule munera offerẽt reges arabum et sabba dona adducẽt: et adorabũt eũ oẽs reges terre oẽs gẽtes seruiẽt ei. Secre.

Ecclesie tue q̃s dñe dona propicius intuere: quib⁹ nõ iam aurũ thus et myrrha profertur: sed quod eisdem munerib⁹ declaratur: imolatur et sumit iesus christus dñs noster. Qui tecũ vi. Prefatio. Quia cũ vnigenitus. Hec pfatio dicitur per totas octauas et in octa. et Communicãtes similiter. Cõmunio. Vidimus stellam eius in oriente et venimus cuz muneribus adorare dominũ. Postcõio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt que solẽni celebramus officio: purificate mẽtis intelligẽtia ꝯsequamur. Per dominũ. Quotidie ĩfra octauas dicitur eadẽ missa. sed sine sequẽtia. et Credo. Tamen ĩ dominica dicit. Credo. sed nulla sequentia. Dominica infra oct. ad missam dicitur cãtus sup. Kyrie. Gloria in excel. Sanctus et. Agnus. per ordinem sicut infra octa. cum regimine chori habet cetera sicut ĩ die preter sequẽtiã cum hoc euãgel'. Secundum iohãnez .i. capi.

In illo tempore: vidit iohãnes iesum veniẽtẽ ad se: et ait. Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi Post me venit vir qui ante me factus est: q: prior me erat. Et ego nesciebam eũ. Sed vt manifestetur in israel: propterea veni ego in aqua baptizãs. et testimoniũ perhibuit iohãnes dicens. Quia vidi spiritum descendẽtem quasi columbã de celo et mãsit super eũ: et ego nesciebã eum. Sed qui misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Sup quẽ videris spiritũ descendentẽ et manentẽ sup eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimoniũ perhibui: quia hic est fili⁹ dei ¶ Quod si dñica ĩfra oct. nõ euenerit tũc ĩ quarta feria ĩfra oct. legatur hoc predictum euangelium. Tertia die infra oct. fiat memoria de martyribus luciano sociisq; eius cum oratione de communi plurimor martyrũ. ¶ In octaua epyha. Officium. Ecce aduenit domi. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in substantia carnis nostre apparuit: psta q̃sumus: vt per eum quem similẽ nobis foris agnouim⁹: intus reformari mereamur. Qui tecũ vi. Mẽoria de sctõ hylario. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt intercessione beati hylarij ꝯfessoris tui atq; põtificis cuius depositionem celebramus: perpetuã nobis mi-

sericordiam benignus impende Per dominum. Memoria de sancta maria. Deus qui salutis eter.

Lectio esaie prophete.

Domine deus meus honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo quia facis mirabiles res Consilium tuum antiquum verum fiat. Domine excelsum est brachium tuum deus sabbaoth: corona spei que ornata est gloria. Exultet desertum et exultent solitudines iordanis: et populus meus videbit altitudinem domini et maiestatem dei: et erit congregatus et redemptus per deum. Et veniet in syon cum gaudio et leticia sempiterna: super caput eius laus et exultatio Et aperiam in montibus flumina: in medijs campis fontes dirupam: et terram sitientem sine aqua infundam. Ecce puer meus exaltabitur et elevabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris: et dicetis in illa die confitemini domino et invocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius: cantate domino: quia mirabilia fecit Annunciate hoc in universa terra dicit dominus omnipotens. Grad. Omnes de sabba. Alleluya. V. Vidimus stellam. Non dicitur sequentia licet dominica fuerit. Secundum matheum. iij. ca.

In illo tempore: Venit iesus a galilea in iordanem ad iohannem ut baptizaretur ab eo. Johannes autem prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari et tu venis ad me Respondens autem iesus dixit ei Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem iesus confestim ascendit de aqua: et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam et venientem super se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui. Offertorium. Reges tharsis. Secreta.

Hostias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus: suppliciter exorantes: ut sicut idem nostrorum auctor est munerum ita ipse sit misericors et susceptor iesus christus dominus noster. Qui tecum vivit et reg. Alia secreta.

Sancti hylarij precibus tibi domine quesumus grata reddatur oblatio: pro cuius est depositione immolanda. Per dominum. Prefatio. Quia cum unigenitus tuus. et Communicantes. ut in die. Communio. Vidimus stel.

Celesti nos Postcommunio. quesumus domine lumine semper et ubique preveni: ut mysterium cuius nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu: et digno percipiamus effectu. Per dominum nostrum. Alia postco.

Sumptum domine pignus redemptionis eterne sit nobis quesumus interveniente beato hylario confessore tuo atque pontifice: vite presentis auxilium pariter et future. Per. ¶ Dnica i. post oct. epyphanie. ad missam. Officium.

In excelso throno vidi sedere virũ quẽ adorat mul titudo angelorũ psallẽtes in vnum: ecce cuius imperij nomen est in eternũ. Ps. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia.

Vota quesumus dñe. Oro. supplicantis populi celesti pietate prosequere. vt et que agẽda sunt videãt: et adiplenda que viderint cõualescant. Per dñm.

Epistola. Ad romanos. xij. capi.

Fratres: Obsecro vos per misericordiaʒ dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem sanctam deo placenteʒ: rationabile obsequiũ vestruʒ. Et nolite conformari huic seculo sed reformamini i nouitate sẽsus vestri: vt pbetis que sit volũtas dei bona et beneplacẽs et pfecta. Dico eñi vobis p gratiã q̃ data est michi: omnibus qui sunt inter vos: nõ plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietateʒ. Et vnicuiq; sicut deus diuisit mẽsuraʒ fidei. Sicut eniʒ in vno corpore multa mẽbra habem⁹: oĩa auteʒ mẽbra nõ eundẽ actum habent: ita multi vnum corpus sumus i christo. Singuli aũt alter alteri⁹ membra. In christo iesu: domino nostro. Grad. Benedictus dñs deus israel qui facis mirabilia magna solus a seculo. V. Suscipiant montes paceʒ populo tuo et colles iusticiam. Alleluya V. Jubilate deo omnis terra seruite domino in leticia. Nulla die dñica p annuʒ dr̃ sequẽtia ad missam qñ de dñica agitur nisi in aduẽtu et in tẽpore paschali: et nisi in dñica infra ebdomadã natiuitatis domini. Secundũ lucam. ij. capi.

Cum factus esset iesus ãnorum duodecim: ascendentibus illis hierosolimã scdm ɔ̃suetudinẽ diei festi: cõsũmatisq; diebus cum redirent: remãsit puer Jesus in hierusalẽ: et non cognouerũt parentes eius. Existimantes autẽ illũ esse in comitatu: venerũt iter diei. et requirebãt eum inter cognatos et notos Et nõ inueniẽtes: regressi sũt in hierusalem requirẽtes eũ. Et factum est post triduũ inuenerũt illũ i templo: sedentem in medio doctorũ: audiẽtem illos: et interrogãtem Stupebant autẽ oẽs qui euʒ audiebant: super prudentia et respõsis eius Et videntes admirati sũt Et dixit mater ei⁹ ad illum. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego: dolẽtes querebamus te. Et ait ad illos Quid est qđ me querebatis? Nesciebatis quia in his q̃ patris mei sunt oportet me esse? Et ipi non intellexerũt verbum: quod locut⁹ est ad illos. Et descendit cum eis: et venit nazareth: et erat subditus illis. Et mater eius cõseruabat omĩa verba hec cõferẽs in corde suo. Et iesus proficiebat sapiẽtia: etate et gratia apud deum et homies. Offr. Jubilate deo oĩs terra iubilate deo omnis terra seruite dño in leticia: itrate in cõspectu eius in exultatione: qr dñs ipse

Oblatũ tibi Secre. est deus. dñe sacrificiũ viuificet nos

quesumus semp et muniat. Per do. Coio. Fili qd fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes querebamus te: et quid est quod me querebatis nesciebatis quia in his que patris mei sunt opo:

Ta nos Postcō. tet me esse. domine sancta libantes: et perfecte capiamus purgationis effectū: & cōtinuū diuine defensionis auxilium. Per do. Si tempus adeo breue fuerit ab oct. epypha. vsqꝫ ad septuagesimam ꝙ tres misse dominicales scilꝫ. In excelso throno. Omīs terra. et Adorate. nō possint singule in singulis cantari ebdomadis: tūc due vel tres misse si tēporis breuitas expetierit in vna eadēqꝫ ebdomada cātentur. Et si aliquod festuꝫ triū lectionum ibidem contigerit totum fiat seruitium de fest. vsqꝫ ad missam: & tūc ad illā missam que erit de dominica: fiat secunda oratio de ipō fest. tertia de sctā maria. quarta de omnibus sanctis. quinta pro vniuersali ecclesia. Cetere vero misse q̄ sequūtur eo anno omnino ꝑtermittātur. Hoc etiā bene obseruetur ꝙ nunq̄ ante primam dominicaꝫ post octa. epyphanie cantet̄ missa. In excelso throno. nisi qñ nulla dñica inter octa. epyphanie et septuagesimam cōtigerit: tūc eñ in ferijs primo loco post oct. epyphanie cātetur / & due misse scilicet. Oīs terra. et Adorate. in ferijs sequentibus eiusdem ebdomade cantētur: & tūc nichil fiat de fest. trium lectionum que ibidem cōtingere possunt. Cum aūt prolixuꝫ fuerit tempus. Officiū. Adorate. per tres dominic. cantetur. Si vero tres fuerint dominice iter oct. epypha. & septuagesimā: ita ꝙ tria officia predicta cantentur: tunc in ferijs post tertiam dominicam si vacauerint dicuntur epistole & euangelia de quarta & quinta dominica i missis de die dicentur. Feria quarta. Epistola. Ad romanos .x. capitulo.

Fratres: Volūtas quidē cordis mei & obsecratio ad deū fit: p incredulis in salutem. Testimonium eniꝫ perhibeo illis ꝙ emulationē dei habent: sed nō secundum scientiam Ignorantes enim dei iusticiam: & suaꝫ querētes statuere: iusticie dei non sunt subiecti Finis enim legis christ⁹ ad iusticiam omni credēti. Euāgelium secunduꝫ matheum .iiij.

In illo tpe: Cū audisset ies⁹ qd iohānes traditus esset: secessit i galileā Et relicta ciuitate nazareth: venit & habitauit i capharnaū maritima in finib⁹ zabulon & neptalim vt adimpleret quod dictū est per esaiam ꝓphetā. Terra zabulon & terra neptalim: via maris trans iordanē galilee gentiū. Populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucē magnam Et sedentibus in regione vmbre mort: lux orta est eis. Et exinde cepit iesus predicare: & dicere. Penitentiam agite: appropiquabit enim regnuꝫ celorum. Feria .vj. Ad romanos .xiiij. cap.

Fratres: Ois aia potestatibus sublimioribus subdita sit: non est eni potestas nisi a deo Que autem sunt: a deo ordinata sunt. Itaqz qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistit: ipe sibi damnationē acquirit. Nam pricipes qui principatur nō sunt timori boni operis: sed mali. Uis eni non timere potestatem: Fac bonum: ⁊ habebis laudem ex illa. Dei eniz minister: est tibi in bonū. Si autē male egeris time Nō enim sine causa gladiū portat: dei enim minister est: vindex in iram: ei qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote: nō solū ꝓpter iraz sed et propter cōscientiā. Ideo ⁊ tributa prestatis Ministri eni dei sunt hoc ipsuz seruiētes. Euangeliuz

In illo tē- scdm lucā. iiij. pore Egressus est iesus ī virtute spūs in galileā: ⁊ fama exijt per vniuersaz regionē de illo Et ipe docebat in synagogis eorū: et magnificabatur ab omnib⁹. Et venit nazareth vbi erat nutrit⁹. et intrauit scdm consuetudinez suam die sabbati in synagogā: ⁊ surrexit legere. Et traditus est ei liber esaie prophete. Et vt reuoluit librū: inuenit locum vbi scriptū erat. Spūs dñi super me propter quod vnxit me: euāgelizare pauperibus misit me ⁊ sanare cōtritos corde. Predicare captiuis remissionē ⁊ cecis visum: dimittere cōfractos in remissionē: predicare annū dñi acceptū: ⁊ diem retributionis. Et cū plicuisset librum reddidit ministro: et sedit. ⁊ oium in synagoga oculi erant intēdentes in eum. Cepit autez dicere ad illos: q: hodie impleta est hec scriptura in auribus vr̄is. Et omēs testimoniū illi dabant et mirabantur in verbis gratie que procedebant de ore ipsius.

¶ Dñica scda post oct. epi. ad missam. Officium.

Omnis terra adoret te de⁹ ⁊ psallat tibi psalmū dicat nomini tuo altissime. ps. Jubilate deo omnis terra: psalmū dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Oratio

Omnipotens sempiterne deus. qui celestia simul ⁊ terrena moderaris: supplicatiōes populi tui clementer exaudi: ⁊ pacē tuam nostris cōcede tempori⁹. Per dominū. Ad romanos. xij.

Fratres: Habentes donationes secundum capitulo. gratiam que data est nobis differentes siue prophetiam secūduz rationem fidei: siue ministeriuz in ministrando: siue qui docet in doctrina. Qui exhortat in exhortando: qui tribuit ī simplicitate: qui preest in sollicitudine qui miseretur in hylaritate. Dilectio sine simulatiōe. Odientes maluz: adherentes bono. Caritatez fraternitatis inuicē diligentes. Honore inuicem preuenientes Sollicitudine nō pigri. Spiritu feruentes: dño seruiētes. Spe gaudentes: in tribulatiōe patientes Orōni istātes: necessitatib⁹ san

ctorꝫ ꝯmunicātes:hospitalitatē sectātes. Benedicite persequentibus vos bñdicite ꝛ nolite male dicere. Gaudere cū gaudētibus: flere cū flentibꝰ. Idipsū inuicē sētiētes. Non alta sapiētes:sed humilibus ꝯsentiētes. Grad. Misit dñs verbum suū et sanauit eos ꝛ eripuit eos de interitu eorꝫ. ℣. Confiteantur domino misericor: die eius et mirabilia eiꝰ filiis hoim. Alla. ℣. Laudate deū oēs angeli eius:laudate eū oēs virtutes eiꝰ. Secūdum iohannem. ij. capit.

In illo tempore: Nuptie facte sunt in chana galilee:et erat mater iesu ibi Uocatꝰ est autē iesus:ꝛ discipuli eiꝰ: ad nuptias Et deficiēte vino:dicit mater iesu ad eū. Uinū nō habēt. Et dicit ei iesus. Quid michi ꝛ tibi est mulier? Nōduꝫ venit hora mea. Dicit mater eiꝰ ministris. Quodcū ꝗ dixerit vobis facite. Erāt aūt ibi lapidee ydrie sex posite scḋm purificatiōem iudeorꝫ: capiētes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesꝰ. Implete ydrias aqua:Et impleuerūt eas: vsqꝫ ad summū. Et dicit eis iesꝰ Haurite nūc ꝛ ferte architriclino. Et tulerūt. Ut aūt gustauit architriclinus aquā vinū factū ꝛ nō sciebat vnde esset:ministri aūt sciebāt ꝗ hauserāt aquā: vocat spōsum architriclinus:ꝛ dicit ei Ois hō primū bonū vinū ponit. Et cū inebriati fuerit: tūc id qḋ deteriꝰ est Tu aūt seruasti vinū bonū vsqꝫ adhuc. Hoc fecit initiū signorꝫ iesus ī chana galilee ꝛ māifestauit gloriā suam. Et crediderūt in eū discipli eiꝰ. Offer. Iubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra: psalmū dicite nomini eiꝰ venite et audite et narrabo vobis oēs qui timetis deū quāta fecit dñs aīe mee alla. Secreta

Ut tibi dñe grata sint munera ppli tui supplicantis ab omni ꝙsumꝰ eū cōtagione peruersitatis emūda. Per. Coio Dicit dñs implete ydrias aqua ꝛ ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquam vinū factū dicit sponso / seruasti vinū bonū vsqꝫ adhuc: hoc signum fecit iesus primum coram discipulis suis.

Augeatur in nobis domine ꝙsumus tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramētis:ad eorꝫ promissa capiēda tuo semper munere preparemur. Per dñm. Postcōio. Feria.iiij. Ad thimotheum. primo capitulo.

Charissime: Fidelis sermo:ꝛ omni acceptione dignus. Quia christus iesus venit in hūc mūdum peccatores saluos facere:quorum primus ego suꝫ. Sed ideo misericordiā consecutꝰ suꝫ: vt in me primū ostēderet christꝰ iesus omnem patientiā ad informationē eorū qui credituri sunt illi in vitā eternam. Regi autēꝫ seculorꝫ immortali inuisibili soli deo honor ꝛ gloria:in secula seculorum amen. Secundum marcum sexto capitulo.

In illo tēpore:Egressus iesꝰ abijt in patriam suam: et sequebant illum discipuli sui. Et fctō sabbato:cepit ī synagoga docere

Et multi audiētes admirabant in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia? Et que est sapiētia que data est illi: ꝛ virtutes tales que per manus eiꝰ efficiunt? Nōne iste est faber filius marie: frater iacobi: et ioseph: ꝛ iude: et symonis? Nonne ꝛ sorores eius hic nobiscū sunt. Et scandalizabantur in illo Et dicebat eis iesꝰ Quia nō est propheta sine honore: nisi in patria sua: ꝛ i cognatione sua: ꝛ in domo sua. Et nō poterat ibi virtutē vllam facere nisi paucos infirmos imposit' manibus curauit. Et mirabāt propter incredulitatē eorum. Feria vi. Epistola ad romanos.xiiij.

Fratres: Scio et confido in domino iesu quia nichil cōmune per ipsum: nisi ei qui existimat quid cōmune esse illi cōmune est. Si enim ꝓpter cibum frater tuus scandalizatur aut cōtristatur: iam nō secundū caritatē ambulas. Noli cibo tuo illum ꝑdere: pro quo christus mortuꝰ est Nō blasphemetur ergo bonū nostrum. Nō est enim regnum dei esca ꝛ potus: sed iusticia et pax et gaudiū in spiritu sācto. Qui eīm in hoc seruit xp̄o placet deo: et ꝓbatus est hominibus Itaqꝫ que pacis sunt sectemur: ꝛ que edificationis sūt inuicē custodiamꝰ. Noli ꝓpter escā: destruere opus dei. Oīa qdē mūda sunt: sed malū est homini qui ꝑ offendiculū manducat. Bonū est non mādūcare carnē et nō bibere vinū: neqꝫ in quo frater tuus offendit: aut scādalizatur: aut infirmatur. Tu fidem quā habes penes temetipm̄ habe coram deo. Beatus qui nō iudicat semetipm̄: in eo quod ꝓbat. Qui aūt discernit: si manducauerit dānatus est: quia non est ex fide. Oīe aūt qđ nō est ex fide peccatū est. Scđz lucā.iiij.capi.

In illo tempore: Descēdit iesus in capharnaum ciuitatem galilee: ibiqꝫ docebat sabbatis. Et stupebant in doctrina eiꝰ quia i potestate erat sermo ipsiꝰ. Et i synagoga erat homo habēs demoniū inmūdū: ꝛ clamauit voce magna dicēs. Sine. Quid nobis ꝛ tibi iesu nazarene? Uenisti ꝑdere nos Scio te qꝛ sis sctūs dei Et icrepauit illū iesus: dicēs Obmutesce: ꝛ exi ab illo Et cū ꝓiecisset illū demoniū i mediū exijt ab illo: nichilqꝫ eū nocuit. Et factus est pauor i omibus: et colloquebant adinuicē dicētes. Quid est hoc verbū: qꝛ i potestate ꝛ virtute iperat spiritibꝰ imundis et exeūt. Et diuulgabat fama de illo in oēm locū regiōis. ¶ Dūica iij.post octa.epypha. Ad missam

Dorate deū oēs angeli eiꝰ audiuit ꝛ letata est syon et exultauerūt filie iude. Ps. Dn̄s regnauit exultet terra: letētur insule multe. Dn̄m. a

Oratio.

Omnipotēs sempiterne deꝰ infirmitatē nostrā ꝓpiciꝰ respice: atqꝫ ad protegendū nos dexteram tue maiestatis ostende. Per dn̄m. Ad romanos.xij.capitulo

FRatres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nulli malum pro malo reddētes. Prouidentes bona non tantum corā deo: sed etiā coram omnibus hominibus Si fieri potest qd ex vobis est cum oibus hominibus pacem habētes Nō vosmetipsos defendentes carissimi: sed date locum ire Scriptū est eīm. Michi vindictā: et ego retribuā dicit dominus. Sed si esurierit inimic⁹ tuus: ciba illū. Si sitit: potum da illi Hoc eīm faciēs: carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince i bono malum. Graduale. Timebūt gētes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuā. ℣. Quoniaz edificauit dominus syon et videbitur ī maiestate sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra letētur isule multe. S. math. viij.

IN illo tempore: Cum descē disset iesus de monte: secute sūt eū turbe multe Et ecce leprosus veniēs: adorabat eum dicēs. Domine si vis: potes me mundare. Et extendēs iesus manū: tetigit euz dicēs Uolo mundare. Et cōfestim mundata est lepra eius Et ait illi ies⁹. Uide nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti et offer munus tuuz quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autē itroisset capharnauz: accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Dñe puer meus iacet i domo paralitic⁹: et male torquet. Et ait illi iesus. Ego veniā et curabo eum. Et respondens cēturio: ait Domine nō sum dign⁹ vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo et sanabit puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus: habēs sub me milites Et dico huic vade et vadit. Et alio veni: et venit. et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem iesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amē dico vobis: nō inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis: q multi ab oriente et occidente veniēt et recumbēt cum abrahā et ysaac et iacob in regno celor. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit flet⁹: et stridor dentium Et dixit iesus centurioni. Uade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem / dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam et narrabo opera domini. ℣. In tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine quia dominus adiutor me⁹ est. ℣. Impulsus euersus sum vt caderez et dominus suscepit me et factus est michi in salutem.

Ite per Secreta

Hec petue mysteria veneranda recolimus te domine deprecātes vt et deuotis eadem sacrificijs / et dignis operibus assequamur. Per. Communio. Mirabātur omnes de his que procedebant de ore dei.

Quos tantis do Postcōio.

Domine largiris vti mysterijs presta quesum⁹: vt effectib⁹ eorum veraciter aptari digneris. Per. Feria quarta. Ad romanos. xv.

FRatres: Obsecro vos per dominum nostrũ iesum christum et per caritatem spiritussancti vt adiuuetis me in orationibus ad deum: vt liberer ab infidelibus qui sunt in iudea et obsequij mei oblatio accepta sit in hierosolima sãctis: Ut veniã ad vos in gaudio per voluntatem dei: et refrigerer vobiscum. Deus autẽ pacis sit cũ omnibus vobis. Amẽ. S. marcũ.iij.

IN illo tempore Intrauit iesus in synagoga: et erat ibi homo habens manũ aridam. Et obseruabãt eum si sabbatis curaret: vt accusarent illum Et ait homini habenti manũ aridã. Surge in mediũ. Et dicit eis. Licet in sabbato bñfacere an male? Animam saluam facere an perdere? At illi tacebant. Et circũspiciẽs eos in ira: cõtristatus super cecitate cordis eorum: dicit homini. Extende manũ tuam. Et extẽdit Et restituta est: manus illi. Feria vi. Ep'la. Ad corinthios .i.iij.ca.

FRatres: Nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templũ dei violauerit: disperdet illum deus. Templũ eñ dei sanctum est: quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videt inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiens. Sapiẽtia eñ huius mũdi: stulticia est apud deũ Scriptum est eñ. Cõprehẽdam sapientes: in astutia sua. Et iter Dñs nouit cogitationes sapientium: qm̃ vane sunt Nemo itaque glorietur in hominibus Omnia enim vestra sũt siue paulus: siue appollo: siue cephas: siue mundus siue vita: siue mors: siue presẽtia siue futura. Omnia enim vestra sunt: vos autem christi: christus autem dei. Scdm matheum.iiij.

IN illo tempore: Circuibat iesus totã galileam docens in synagogis eor: et pdicãs euangelium regni: et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo Et abijt opinio eius in totam syriam Et obtulerũt ei omnes male habentes varijs lãguoribus et tormentis cõprehensos: et qui demonia habebãt et lunaticos et paliticos et curauit eos Et secute sunt eum turbẽ multe

¶ Dñica.iiij.post octa.epypha. Ad missam. Offiñ. Adorate. Orõ.

DEus qui nos in tantis periculis cõstitutos pro humana scis fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur: te adiuuãte vincamus. Per. Ep'la. Ad roma.xiij.

FRatres: Nemini quicquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui eñ diligit proximum: legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimoniũ dices. non cõcupisces rem proximi tui. Et si quod est aliud mãdatum: in hoc verbo instauratur. Diliges proximũ tuũ: sicut teipsum. Dilectio proximi: malũ nõ operatur. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Gr.

Timebũt gẽtes Alleluia. V. Dñs reg.
In illo tpe: Se.math.viij.
Ascẽdente iesu in naviculã secuti sunt euz discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est i mari ita vt navicula operiretur fluctib⁹. Erat aũt illi ventus cõtrari⁹. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt ⁊ suscitauerũt eum dicẽtes. Domine salua nos perim⁹. Et dicit eis. Quid timidi estis mo dice fidei? Tunc surgẽs imperauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta est trãqllitas magna. Porro hoies mirati sunt: dicẽtes. Qualis est hic? Quia venti ⁊ mare: obediunt ei.
Offr. Dextera. vts. Secrẽ.
Concede quesumus oñs deus: vt hui⁹ sacrificij munus oblatum: fragilitatem nostraz ab oi malo purget semp et muniat. p.
Prefatio quotid. Postcõmunio
Munera tua nos de⁹: ⁊ a delectationib⁹ terrenis expediant ⁊ celestibus semp instruãt alimẽtis. Per. Feria.iiij. Epistola ad corinthios.i.vij. capitu.
Fratres: Bonuz est homini mulierẽ nõ tangere. Propter fornicationem aũt vnusquisq3 vxorez suã habeat. Et vnaqueq3 mulier virũ suum habeat Uxori vir debitũ reddat: similiter autez et vxor viro. Mulier sui corpis potestatem nõ habet: sed vir Similiter autem ⁊ vir sui corporis potestatẽ nõ habet: sed mulier. Nolite fraudare iuicez: nisi forte de cõsensu ad tẽpus vt vacetis orationi Et iterum reuertimini i id ipsũ: nec tẽtet vos sathanas: propter incõtinentiam vestrã. Euãgelium. Secundũ lucã.ix.capi.
dicēs. Affer mihi obsecro & bucellam panis in manu tua. Que respondit Viuit dominus deus tuus quia nō habeo panē nisi quātū pugill⁹ capere potest farine in hydria: & paululum olei i lechito En colligo duo ligna: vt ingrediar & faciā illud mihi et filio meo: vt comedamus & moriamur Ad quam helyas ait. Noli timere: sz vade & fac sicut dixisti. Verūtamen mihi primū fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum & affer ad me. Tibi autez & filio tuo facies postea Hec dicit dominus deus israel: hydria farine nō deficiet nec lechit⁹ olei minuetur: vsqz ad diem i qua daturus est dominus pluuiam sup faciem terre. Que abijt: & fecit iuxta verbū helye: & comedit ipse & illa & domus eius. Et ex illa die hydria farine nō defecit: & lechitus olei nō est imminutus iuxta verbum domini: quod locut⁹ fuerat in manu helye. Graduale. Iacta cogitatum tuū in domino et ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominuz exaudiuit vocem meam: ab his qui appropiquant mihi. Secundum matheum. xxiij. capitulo.

In illo tēpore: Locutus est iesus ad turbas & ad discipl'os suos dicēs. Sup cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecūqz dixerint vobis seruate et facite. Secundum vero opera eorum: nolite facere Dicunt enim: & nō faciunt. Alligāt enim onera grauia & iportabilia et imponūt i humeros hominū: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt: vt videantur ab hominib⁹. Dilatāt em̄ philacteria suā: & magnificant fimbrias. Amant aūt primos recubitus in cenis: & primas cathedras i synagogis & salutatiōes in foro & vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi: vnus est em̄ magister vester. Omēs eniz vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Unus est enim pater vester: qui in celis est nec vocemini magistri quia magister vester vn⁹ est christ⁹. Qui maior ē vestruz: erit minister vester. Qui autez se exaltauerit humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Offertorium. Miserere mihi domine secunduz magnam misericordiam tuaz: dele domine iniquitatē meā. V. Quoniam iniquitatez meam ego cognosco: et delictum meum coram me est sēper. Secreta.

Hanc sctificationem tuaz nobis domine his misterijs placat⁹ operare que nos & a terrenis purget vicijs: & ad celestia dona perducat. Per dominum. Communio Narrabo omīa mirabilia tua: letabor et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. Postcommunio.

Sit nobis dn̄e q̄s medicina mētis & corporis qd̄ de sancto altari tuo percepim⁹: vt nullis aduersitatib⁹ fatigemur: qui tanti remedij participatōe munimur. Per. Super populum. Oratio.

Propiciare domine suppli-
cationibꝰ nostris: ⁊ anima-
rum nostrarum medere languo-
ribus: vt remissiõe ꝑcepta in tua
semper benedictione letemur. P.

Feria quarta. Officiū

Ne derelinquas me do-
mine deꝰ meꝰ ne disce-
das a me: intende i adiutoriū meū
dñe virtus salutis mee. Ps. Domi-
ne ne in furore tuo arguas me: neq; in
ira tua corripias me. Oratio.

Populum tuū quesumꝰ do-
mine ꝓpicius respice: ⁊ quos ab
escis carnalibꝰ ꝑcipis abstinere
a noxiis quoq; vicijs cessare cõce-
de. Per dominum. Lectio libri

In diebꝰ illis: hester. xiij. ca.
Orauit mardocheus ad do-
minum dicẽs. Domine deus rex
omnipotẽs in ditione tua cūcta
sūt posita: et nõ est qui possit tue
resistere voluntati Si decreueris
saluare nos: cõtinuo liberabimur
Tu enim domine fecisti celum et
terram: et quicquid celi ãbitu cõ-
tinetur. Dominus omniū tu es:
nec est qui resistat voluntati tue
Et nunc domine rex regum deus
abraham miserere populo tuo: q̄
volunt nos inimici nostri perde-
re: et hereditatẽ tuam delere Ne
despicias partẽ tuã quam redemi-
sti de egypto: sed exaudi depreca-
tionẽ nostrã ⁊ propicius esto sor-
ti ⁊ funiculo hereditatis tue. Cõ-
uerte luctum nostrum in gaudi-
um: vt viuentes laudemus no-
men tuum: Et ne claudas ora ca-
nentium te: domine deꝰ noster.

Graduale. Saluum fac populum tu-
um domine ⁊ benedic hereditati tue. V.
Ad te domine clamaui deus meus ne si-
leas a me: et ero similis descendẽtibus
in lacum. Tractus. De necessitatibꝰ
meis. Secundū matheū. xx. capi.

In illo tempore: Ascendens
iesus hierosolimam: assum-
psit duodeci discipulos suos secre-
to ⁊ ait illis. Ecce ascẽdimus hie-
rosolimam ⁊ filius hominis tra-
detur principibus sacerdotum et
scribis: ⁊ cõdemnabūt eū morte.
Et tradent eum gẽtibus ad illu-
dendum: ⁊ flagellandum: et cru-
cifigẽdum: et tertia die resurget
Tūc accessit ad eū mat filiorum ze-
bedei cum filijs suis: adorãs ⁊ pe-
tẽs aliqd ab eo Qui dixit ei Quid
vis? Ait illi. Dic vt sedeãt hi duo
filij mei: vnꝰ ad dexteram tuam
et vnus ad sinistram in regno tuo
Respondẽs autẽ iesus dixit. Ne-
scitis quid petatis. Potestis bibe-
re calicem: quẽ ego bibiturus sū?
Dicūt ei. Possumus Ait illis. Ca-
licem quidem meum bibetis: sede-
re autem ad dexteram meã ⁊ ad
sinistram: non est meum dare vo-
bis sed quibus paratū est a patre
meo. Et audientes decẽ indigna-
ti sunt de duobus fratribꝰ. Iesꝰ
aūt vocauit eos ad se: ⁊ ait. Sci-
tis quia principes gentium domi-
nãtur eorum: ⁊ qui maiores sūt:
potestatem exercẽt in eos? Non
ita erit inter vos. Sed quicūq; vo-
luerit iter vos maior fieri: sit ve-
ster minister Et quicunq; volue-
rit iter vos primꝰ esse: erit vester

seruus. Sicut filius hominis nõ
venit ministrari sed ministrare:
& dare animã suam in redẽptio-
nẽ pro multis. Offertorium. Ad
te domine leuaui animã meam; deus me
us in te confido nõ erubescam: neqꝫ irri
deãt me inimici mei: etenim vniuersi qui
te expectãt non confundentur. V. Diri
ge me in veritate tua & doce me quia tu
es deus salutis mee et te sustinui tota die

Hostias domine Secreta.
quas tibi offerimus propici
us respice: & per hec sacrosctã cõ
mercia vincula peccatorum nostro
rum absolue. Per. Cõmunio. Iu
stus dominus & iusticias dilexit: equita
tem vidit vultus eius. Postcõmunio

Prosit nobis domine quesu
mus mysterii frequentata
perceptio: vt a vetustatis cõditio
ne purgati: ad tue nouitatis incre
mẽta tẽdamus. Per. Sup pplm

Deus innocentie Oratio.
restitutor et amator dirige
ad te tuorum corda seruorum vt
spiritus tui feruore cõcepto & in
fide inueniãtur stabiles: & in ope
re efficaces. Per dominũ no. In
vnitate eiusdem. Feria quinta.

Deus in adiu- Officium
toriũ meum intẽde dñe
ad adiuuandũ me festi
na: confundantur et reuerean
tur inimici mei qui querunt ani
mam meam. Ps. Auertantur retror
sum et erubescãt qui volunt mihi mala.

Presta nobis que- Oratio.
sumus domine auxiliũ gra-
tie tue: vt ieiuniis & orationibus
cõuenienter intenti: liberemur
ab hostibus mẽtis & corporis. Per
dominum nostrum. Lectio hiere
mie pphete. xvii. capitulo.

In diebus illis: Locutus est
hieremias propheta dicẽs. Male
dictus homo qui cõfidit in homi
ne: & ponit carnem brachium su
um: et a domino recedit cor eius
Erit enim quasi mirice i deserto
& non videbit cum venerit bonũ
sed habitabit in siccitate in deser
to: in terra salsuginis & inhabita
bili. Benedictus vir qui confidit
in domino: & erit dominus fidu
cia eius Et erit quasi lignũ quod
trãsplãtatur super aquas: quod
ad humorẽ mittit radices suas: &
nõ timebit cum venerit estus Et
erit folium eius viride: & in tem
pore siccitatis nõ erit sollicitum
nec aliquando desinet facere fru
ctum. Paruum est cor hominis &
inscrutabile quis cognoscet illud?
Ego dominus scrutans corda et
probãs renes: qui do vnicuiqꝫ iux
ta viã suã: & iuxta fructum adin
uentionum suarum. Dicit domi
nus omnipotẽs. Graduale. Pro
picius esto domine peccatis nostris: ne
quando dicant gentes vbi est deus eorũ:
V. Adiuua nos deus salutaris noster: &
propter honorem nominis tui domine li
bera nos. Secundum iohannẽ. v.

In illo tempore: Dixit iesus
turbis iudeorum. Non pos
sum ego a meipso facere quicquam sed
sicut audio iudico Et iudiciũ me
um iustum est: quia non quero vo
lũtatem meam: sed voluntatem
eius qui misit me. Si ego testimo

mū phibeo de meipso: testimonium meū nō est veruz. Alius est q testimoniū perhibet de me: ꝛ scio quia verum est testimoniū quod perhibet de me. Uos misist ad iohannem: ꝛ testimoniū perhibuit veritati Ego autem nō ab homine testimoniū accipio: sed hec dico vt vos salui sitis Ille erat lucerna ardēs ꝛ lucēs: vos autē voluistis ad horā exultare i luce ei᷒. Ego autem habeo testimonium maius iohāne. Opera enim que dedit mihi pater vt perficiam ea ipsa opera que ego facio testimonium perhibent de me: quia pater me misit Et q̄ misit me pater: ipse testimonium perhibuit de me Neq̧ vocem eius vnq̄ audistis: neq̧ speciem ei᷒ vidistis. Et verbum ei᷒ nō habetis in vobis manēs quia quez misit ille: huic vos nō creditis Scrutamini scripturas quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere: et ille sunt que testimoniū perhibent de me Et nō vultis venire ad me: vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus nō accipio: sed cognoui vos quia dilectionem dei nō habet᷒ in vobis. Ego veni in nomine patris mei ꝛ nō accepistis me. Si alius venerit in nomie suo: illum accipietis. Quomō vos potestis credere qui gloriaz ab inuicem accipitis: ꝛ gloriam que a solo deo est nō queritis: Nolite ergo putare quia ego accusatur᷒ sū vos apud patrez: est qui accusat vos moyses in quo vos speratis Si enim crederetis moysi: crederetis forsitan ꝛ mihi. De me eniz ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis. Offertorium. Precatus est moises in cōspectu domini dei sui et dixit: precatus est moises i conspectu domini dei sui et dixit: quare domine irasceris in populo tuo parce ire anime tue: memento abrahā isaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel et placat᷒ factus est domin᷒ de malignitate quam dixit facere populo suo V. Dixit dominus ad moisen inuenisti gratiam i conspectu meo: et scio te pre omnibus et festinans moises iclinauit se i terram et adorauit dicens scio quia misericors es i milibus: auferens iniquitatem et peccata. Secreta.

Deus cui omniū sacrificiorū varietate finita hostiam nūc offerimus singularem: adesto votis tua inspiratione cōceptis: vt in te sperātium ꝛ desideria iubeas perfici ꝛ peccata deleri. Per. Cōmunio Qui manducat meam carnem et bibit meuz sanguinem i me manet et ego i eo dicit dn̄s. Postcōmu.

Gratia tua nos domine que sumus nō derelinquat: que ꝛ sacre nos deditos faciat seruituti: ꝛ tuam nobis opem semper acquirat. Per dominum. Sup populum. Oratio.

Adesto domine famulis tuis: ꝛ perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his qui te auctore ꝛ gubernatore gloriātur / et cōgregata restaures: ꝛ restaurata ꝯserues. Per. Feria sexta. Officium.

Go autē cū iusticia apparebo in ꝯspectu tuo: satiabor dū manifestabitur gloria tua. ps. Exaudi domine iusticiā meam: intende deprecationē meā. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt sacro nos purificāte ieiunio: sinceris mentibus ad sancta vētura facias puenire. Per. Lectio libri. Genesis. xxxvii. ca.

In diebus illis: Dixit ioseph fratribus suis Audite somniū meū quod vidi Putabā nos ligare manipulos in agro et quasi cōsurgere manipulum meū ꝛ stare vestrosqꝫ manipulos circūstātes adorare manipulum meū. Respōderunt fratres eius Nūquid rex noster eris aut subiiciemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorū atqꝫ sermonum: inuidie ꝛ odii fomitem ministrauit. Aliud quoqꝫ vidit somnium: quod narrās fratribus ait. Vidi per somnium quasi solē et lunam: ꝛ stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo ꝛ fratribus retulisset: increpauit eū pater ꝛ dixit Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Nūquid ego et mater tua ꝛ fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebāt ei igitur fratres sui: pater vero rem tacitus ꝯsiderabat. Cūqꝫ fratres illius in pascendis gregibus patris morarētur in sychem dixit ad eū israel. Fratres tui pascūt oues in sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respondente / presto sum: ait. Vade ꝛ vide si cūcta prospera sint erga fratres tuos ꝛ pecora: ꝛ renūcia mihi quid agatur. Missus de valle ebron venit in sichē. Inuenitqꝫ eū vir errātē in agro: ꝛ interrogauit eū quid quereret. At ille rn̄dit. Fratres meos quero: indica mihi vbi pascūt greges. Dixitqꝫ ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui autē eos dicētes: eamus in dothaym. Perrexit ergo ioseph post fratres suos et inuenit eos in dothaym. Qui cū vidissent eū procul anteqꝫ accederet ad eos: cogitauerūt illum occidere ꝛ mutuo loquebātur. Ecce somniator venit: venite occidamus eum: et mittamus in cisternā veterem: dicemusqꝫ fera pessima deuorauit eū: et tūc apparebit quid illi psint somnia sua. Audiēs autem hoc ruben: nitebatur eripere eum de manibus eorum ꝛ dicebat Non interficiamus animam eius nec effūdamus sanguinem: sed proiicite eum in cisternā hanc que est in solitudine: manusqꝫ vestras seruate innoxias. Hoc autē dicebat: volēs eū eripere de manibus eorum: ꝛ reddere patri suo. Graduale. Ad dn̄m cū tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Tractus. Domine non secundum. Secundū matheum. xxi. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorū Homo quidam erat paterfamilias qui plātauit vineā: et sepem circūdedit ei: et fodit in ea torcu

lat: et edificauit turrim: et locauit eam agricolis: et peregre profectus est. Cum autem tēpus fructuum appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehēsis seruis suis: aliū ceciderunt: alium occiderunt: aliū vero lapidauerūt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur forsitan filium meum. Agricole autem vidētes filium dixerūt itra se. Hic est heres. Venite occidamus eum: et habebimus hereditatē eius. Et apprehensum eū eiecerunt extra vineam et occiderunt. Cū ergo venerit domin° vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et vineam suam locabit aliis agricolis: q reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis iesus. Nūq legistis i scripturis lapidem quē reprobauerunt edificātes: hic factus est in caput anguli: a domino factū ē istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnū dei: et dabit gēti faciēti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum: cōfringetur. Sup quem vero ceciderit: cōteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas ei°: cognouerūt q de ipsis diceret. Et querētes eū tenere: timuerunt turbas. Quoniam sicut prophetam eū habebant. Offertorium. Domine in auxilium meum respice: confundantur et reuereantur qui querunt animam meam: vt auferant eam. ℣. Auertātur retrorsum et erubescant qui cogitant mihi mala. Secreta.

Hec in nobis sacrificia domine deus et actione permaneant: et operatione firmētur. Per dominum nostrum iesum christum filium. Communio. Tu domine seruabis nos et custodies nos a generatione hac i eternum. Post communio.

Ac nos quesumus domine accepto pignore salutis eterne sic tēdere cōgruenter, vt ad eā peruenire possimus. Per. Sup populum. Oratio.

Da quesumus domie populo tuo salutē mētis et corporis: vt bonis operibus inherēdo: tuc sēper virtutis mereatur ptectiōe defēdi. Per dominum. Sabbato. Offm.

Lex dñi irreprehēsibilis cōuertēs aias: testimonium dei fidele sapientiam prestans paruulis. ps. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū ei° annunciat firmamentum. Oratio.

Da quesum° domine nostris effectum ieiuniis salutarē: vt castigatio carnis assūpta: ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per dominum nostrum iesū. Lectio libri genesis. xxvii. capitulo.

In diebus illis: Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrē tuum loquentem cum esau fratre tuo: et dicentem ei. Affer mihi de vena-

tione: et fac cibos vt cōmedam: ⁊
benedicaz tibi coraz domino an
teq̄ᵖ moriar. Nūc ergo fili mi ac
quiesce cōsilijs meis: et pergens
ad gregē affer michi duos hedos
optimos: vt faciā ex eis escas pa
tri tuo: quibus libenter vescitur
Quas cum intuleris et comede
rit: benedicat tibi priusq̄ᵖ moria
tur Cui ille r̄spōdit Nosti q̄ᵖ esau
frater meꝰ hō pilosus sit et ego le
nis: Si attrectauerit me pat̄ me
us ⁊ senserit: timeo ne putet sibi
me voluisse illudere: ⁊ īducat su
per me maledictionem pro bene
dictione. Ad queȝ mater. In me
sit ista maledictio fili mi: tantuȝ
audi vocem meā ⁊ pergens affer
que dixi. Abijt et attulit: deditq̄ꝫ
matri. Parauit illa cibos: sicut
nouerat velle patrē illius: ⁊ vesti
bus esau valde bonis quas apud
se hēbat domi induit eū. Pellicu
lasq̄ꝫ hedorū circūdedit manibꝰ
et colli nuda ꝑtexit. Deditq̄ꝫ pul
mētū ⁊ panes quos coxerat tradi
dit Quibꝰ illatis dixit: Pater mi
Ad ille respōdit. Audio: Quis es
tu fili mi: Dixit iacob Ego sū pri
mogeitꝰ tuus esau: feci sicut pre
cepisti michi. Surge sede ⁊ cōme
de de venatione mea: vt benedi
cat michi aīa tua Rursum ysaac
ad filium suum. Quomodo in
quit tam cito inuenire potuisti fi
li mi: Qui respondit. Voluntas
dei fuit: vt cito occurreret michi
quod volebaȝ. Dixitq̄ꝫ ysaac. Ac
cede huc vt tangam te fili mi: et
probem vtrum tu sis filius me

us esau an non Accessit ille ad pa
trem: et palpato eo dixit ysaac.
Vox quidem vox iacob ē: sed ma
nus: manꝰ sunt esau. Et non co
gnouit eum: quia pilose manus
similitudinem maioris expresse
rant Benedicens ergo illi ait
Tu es filius meus esau: Respō
dit ego sum. At ille Affer inquit
michi cibos de venatione tua fi
li mi vt benedicat tibi aīa meā
Quos cum oblatos comedisset:
obtulit ei etiam et vinum. Quo
hausto dixit ad eū. Accede ad me
et da michi osculuȝ fili mi. Acces
sit et osculatus est eum. Statim
q̄ꝫ vt sensit vestimētorum illius
fragrantiā: benedicens illi ait.
Ecce odor filij m̄i sicut odor agri
pleni: cui benedixit dominꝰ Det
tibi dominꝰ de rore celi et de pin
guedine terre abūdantiā frumē
ti et vini et olei: ⁊ seruiāt tibi po
puli: et adoret te tribꝰ Esto domi
nus fratrū tuorū: ⁊ incuruentur
ante te filij matris tue. Qui ma
le dixerit tibi sit ille maledictꝰ: ⁊
q̄ benedixerit tibi: benedictōnibꝰ
repleatur Vix ysaac sermonē im
pleuerat ⁊ egresso iacob foras ve
nit esau: coctosq̄ꝫ de venatōne ci
bos ītulit patri dicēs. Surge pa
ter mi: et comede de venatione fi
lij tui vt benedicat michi anima
tua. Dixitq̄ꝫ illi ysaac. Quis eni
es tu: Qui respōdit. Ego sū filꝰ
tuꝰ primogeitꝰ esau Expauit ysa
ac stupore vehementi: et vltra q̄ᵖ
credi potest admirans ait. Quis
igit̄ ille ē q̄ dudū captā venatōeȝ

attulit mihi: et comedi ex oibus priusq̄ tu venires? Bñdixiq̄ illi: et erit benedict⁹ Auditis esau sermonibus patris irruit clamore magno et consternatus ait. Benedic etiam et mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: et accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit Iuste vocatuz est nomen eius iacob: supplātauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit et nunc secūdo surripuit benedictionem meaz. Rursumq̄ ad patrem. Nunquid non reseruasti ait et mihi bñdictionez? Respōdit ei ysaac. Dominuz tuum illum constitui: et omnes fratres eius seruituti illi⁹ subiugaui. Frumento et vino et oleo stabiliui eum: et tibi post hec fili mi vltra quid faciam? Cui esau ait Num vnam inquit tantuz benedictioné habes pater? Mihi quoq̄ obsecro vt benedicas. Cumq̄ eiulatu magno fleret: mot⁹ ysaac dixit. In pinguedine terre: et in rore celi desup: erit bñdictio tua

Graduale. Bonū est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. V. Ad anunciādum mane misericordiaz tuam et veritatem tuam per noctem.

Euāgelium secundum Lucam xv. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam habuit duos filios: et dixit adolescētior ex illis patri. Pat da mihi portionem substantie: que me cōtingit. Et diuisit illis substantiam. Et nō post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profect⁹ est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiā suam viuēdo luxuriose. Et postq̄ omia cōsūmasset: facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit vni ciuiuz regionis illius et misit illū in villam suaz vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suuz de siliquis quas porci manducabant: et nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit. Quanti mercennarij i domo patris mei abūdant panibus ego aūt hic fame pereo? Surgam et ibo ad patrez meum: et dicam ei. Pater peccaui in celum et coram te: iam non sum dignus vocari fili⁹ tu⁹: fac me sicut vnum ex mercennarijs tuis. Et surgens venit ad patrē suum. Cum autem adhuc longe esset: vidit eum pater suus: et misericordia mot⁹ est. Et accurrēs cecidit supra collum eius: et osculatus est euz. Dixitq̄ ei fili⁹. Pater peccaui in celum et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autez pater ad seruos suos. Cito proferte stolā primam et induite illuz: et date anulum in manu eius: et calciamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatum et occidite: et manducemus et epulemur: quia hic filius meus mortu⁹ erat et reuixit: perierat et inuētus est. Et ceperunt epulari. Erat aūt fili⁹ se

nior in agro. Et cũ veniret ꝛ ap
propinq̃ret domui: audiuit sym
phoniã et chorum. Et vocauit
vnum de seruis: et interrogauit
que hec essent. Isq3 dixit illi. Fra
ter tuus venit: ꝛ occidit pater tu
us vitulũ saginatum: quia sal
uum illũ recepit. Indignatus
est autem et nolebat introire. Pa
ter ergo illi⁹ egressus cepit roga
re illum. At ille respondẽs dixit
patri suo. Ecce tot ãnis seruio ti
bi: ꝛ nunq̃ mãdatum tuum pre
terivi: ꝛ nũq̃ dedisti michi hedũ
vt cũ amicis meis epularer. S3
postq̃ hic filius tuus qui deuora
uit substãtiam suam cum mere
tricib⁹ venit: occidisti illi vitulũ
saginatũ. At ip̃e dixit ei. Fili tu
semper mecũ es: et omnia mea
tua sunt. Epulari autem ꝛ gau
dere oportebat: quia frater tuus
hic mortu⁹ fuerat: ꝛ reuixit. Pe
rierat et inuẽtus est. Offertoriũ
Illumina oculos meos ne vnq̃ obdor
miam in morte: nequando dicat inimi
cus meus preualui aduersus eum. ℣.
Usq3quo domine obliuisceris me in fi
nem quãdiu ponã cõsilia i anima mea.
H Is sacrificiis do Secreta.
mine cõcede placatus: vt q̃
propriis oram⁹ absolui delictis:
non grauemur externis. Per do
minum nostrum iesum christũ
filium tuum. Qui tecũ viuit et
regnat in vnitate. Communio
Oportet te fili gaudere: quia frater tu
us mortuus fuerat et reuixit: perierat
S et inuẽtus est. Postcõmunio
Acramenti tui domine di
uina libatio penetralia nr̃i cor
dis infũdat: ꝛ sui nos participes
potenter efficiat. Per dñm no
strũ iesum christũ. Super popu
F Amiliam lum. Oratio.
tuã quesumus domine cõ
tinua pietate custodi: vt que i so
la spe gratie celestis innititur: ce
lesti etiam protectiõe muniatur
Per dominum nostrum. Dñica
tertia quadragesime. Officium
O Culi mei semp ad domi
num q2 ip̃se euellet de la
queo pedes meos: respice
in me ꝛ miserere mei q̃m vnicus
et pauper sum ego. ps. Ad te domi
ne leuaui animam meam: deus meus
in te confido non erubescã. Oratio.
Q Uesumus omnipotens de
us vota humilium respice
atq3 ad defensionẽ nostrã: dexte
ram tue maiestatis extẽde. Per
dominum nostrũ iesum christũ.
Epistola ad ephesios. v. capitu.
F Ratres: Estote imitatores
dei sicut filii charissimi et
ãbulate i dilectiõe sicut ꝛ christ⁹
dilexit nos: ꝛ tradidit semetip̃m
pro nobis oblationẽ et hostiam
deo in odorem suauitat̃. Forni
catio autẽ et omnis immundi
cia aut auaricia nec nominet̃ in
vobis sicut decet sctõs: Aut tur
pitudo: aut stultiloq̃ũ: aut scur
rilitas que ad rem non pertinet:
sed magis gratiarũ actio. Hoc
autẽ scitote intelligentes: q̃ ois
fornicator: aut imund⁹: aut aua
rus: qđ est ydoloꝝ seruitus: non
habet hereditatẽ in regno x̄pi et

dei. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici participes eoꝝ. Eratis enim aliquādo tenebre: nūc autem lux in domino Ut filij lucis ambulate. Fructus eñi: lucis est in omni bonitate ⁊ iusticia et veritate. Gradualē. Exurge dñe non preualeat homo: iudicentur gētes in conspectu tuo. Uersus. In conuertē do inimicum meū retro: infirmabuntur et peribunt a facie tua. Tract⁹. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis V. Ecce sicut oculi seruorum i manibus dominorum suorum. V. Et sicut oculi ancille in manibus domine sue. V. Ita oculi nostri ad dominum deum nostrū donec misereatur nostri. Uersus. Miserere nobis domine miserere nobis. Euangelium secūdum lucam. xi.capitulo.

In illo tempore: Erat iesus eijciens demonium ⁊ illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus est mut⁹: ⁊ admirate sunt turbe. Quidā autē ex eis dixerūt. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia Et alij tentātes: signum de celo querebāt ab eo. Ipse autem vt vidit cogitatiōes eorum: dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: ⁊ domus supra domum cadet. Si autē et sathanas in seipm̄ diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius: quia dicitis i beelzebub eijcere me demonia. Si aūt ego in beelzebub eijcio demonia: filij vr̄i in quo eijciūt? Ideo ipsi iudices vestri erūt Porro si i digito dei eijcio demonia: profecto peruenit in vos regnū dei. Cū fortis armat⁹ custodit atrium suū: in pace sunt omnia que possidet. Si autem fortior illo superueniēs vicerit illum vniuersa arma eius auferet i qbus confidebat: ⁊ spolia eius distribuet. Qui non est mecum aduersum me est. Et qui non colligit mecum: dispergit Cum imūdus spiritus exierit ab hoīe: ambulat per loca inaquosa querēs requiem et non inueniens dicit Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cuȝ venerit: inuenit eā scopis mūdatam ⁊ ornatam. Et tunc vadit ⁊ assumit septem alios spūs secū nequiores se: ⁊ ingressi habitāt ibi. Et sunt nouissima hominis illi⁹: peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret: extollens vocē quedam mulier de turba dixit illi. Beat⁹ vēter qui te portauit: et vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo Beati qui audiunt verbum dei. et custodiūt illud. Offertorium. Iusticie domini recte letificantes corda: et dulciora super mel et fauum: naȝ et seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe quesum⁹ domine deuotorū munera famulorum ⁊ tua diuinis purifica seruientes pietate mysterijs: quib⁹ etiam iustificas ignorātes. Per dominū nostruȝ iesum christum filium tuum. Qui. Cōmunio. Passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū

ubi reponat pullos suos: altaria tua domine virtutum rex meus et deus me⁹: beati qui habitant in domo tua in seculum seculi laudabunt te. Postcõio.

A Cunctis nos domine reatibus et periculis propiciat⁹ absolue: quos tãti misterij tribuis esse participes. Per dominuz nostrum iesum christum filium tuum. Feria secunda. Officiũ.

In deo laudabo verbũ i dño laudabo sermonẽ: in deo speraui non timebo q̃d faciat mihi homo. ps. Miserere mei de⁹ quoniaz conculcauit me homo: tota die ĩpugnãs tribulauit me.

Cordibus nostris Oratio. quesumus domine gratiã tuã benignus infunde: vt sicut ab escis carnalib⁹ abstinem⁹: ita sensus quoqꝫ nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per dominum nostruz iesum christum filium. Lectio libri regum. iiij. v.

In dieb⁹ illis: Naamã princeps milicie reg᷑ syrie: erat vir magnus apud dominũ suuz et honoratus. Per illuz enim dedit dominus salutez syrie. Erat autẽ vir fortis ⁊ diues: sed leprosus Porro de syria egressi fuerãt latrunculi: ⁊ captiuam duxerãt de terra israel puellã paruulam q̃ erat i obsequio vxoris naamã Que ait ad dominã suã. Utinã fuisset domin⁹ meus ad prophetaz q̃ est in samaria: profecto curasset eum a lepra quã habet In gressus est itaqꝫ naaman ad dominũ suũ: ⁊ nunciauit ei dicẽs. Sic ⁊ sic locuta est puella de terra israel. Dixitqꝫ ei rex syrie. Uade: et mittã litteras ad regẽ isrl̃. Qui cũ profectus esset ⁊ tulisset secum decem talenta argenti: et sex milia aureos: et decem mutatoria vestimentorum: detulit litteras ad regem israel in hec verba. Cũ acceperis epistolaz hanc scito ꝙ miserim ad te naamã seruum meum: vt cures euz a lepra sua. Cũqꝫ legisset rex israel litteras: scidit vestimenta sua et ait. Nũquid ego de⁹ suz: vt occidere possim ⁊ viuificare: qꝛ iste misit ad me: vt curẽ hoiem a lepra sua Animaduertite et videte: qꝛ occasiones querat aduersum me. Quod cuz audisset helyseus vir dei scidisse videlicet regez israel vestimenta sua: misit ad eum dicens Cur scidisti vestimẽta tua? Ueniat ad me: ⁊ sciat prophetaz eẽ in israel. Uenit ergo naaman cum equis et currib⁹: et stetit ad ostium domus helysei. Misitqꝫ ad eum helyseus nũcium dicens Uade ⁊ lauare septies i iordane et recipiet caro tua sanitatez atqꝫ mũdaberis. Iratusqꝫ naamã recedebat dicẽs. Putabã ꝙ egrederetur ad me: et stãs inuocaret nomen dei sui: ⁊ tangeret manu sua locũ lepre: ⁊ curaret me. Nũquid nõ meliores sunt abbana ⁊ parphar fluuij damasci oĩbus aq̄s isrl̃: vt lauer in eis ⁊ mũder? Cum ergo vertisset se ⁊ abiret indignãs: accesserũt ad eum serui sui: ⁊ locuti sũt ei. Pater/ ⁊ si rez

grādem dixisset tibi ꝓpheta: cer te facere debueras. Quantomagis quia nūc dixit tibi: lauare et mundaberis? Descēdit ⁊ lauit i iordane septies iuxta sermonē viri dei: et restituta est caro ei⁹ sicut caro pueri paruuli: et mūdatus est a lepra. Reuersusq3 ad virū dei cū vniuerso comitatu suo venit ⁊ stetit corā eo ⁊ ait. Vere scio ꝙ nō sit deus ali⁹ in vniuersa terra: nisi tantū dominus deus israel. Graduale. Deus vitā meam nūciaui tibi: posuisti lachrimas meas in cōspectu tuo. ℣. Miserere michi domine quoniā conculcauit me homo tota die bellās tribulauit me. Tract⁹ Domine nō secundum. Secundum

In illo lucam.iiii. capitulo tempore: Dixerūt pharisei ad iesum. Quāta audiuimus facta in capharnaū fac ⁊ hic in patria tua. Ait autē Amen dico vobis: quia nemo ꝓpheta accept⁹ est i patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helye i israel: quādo clausū est celum annis tribus ⁊ mēsib⁹ sex: cū facta esset fames magna in omni terra: ⁊ ad nullā illarū missus est helyas: nisi in sareptā sydonie ad mulierē viduam. Et multi leprosi erāt i israel sub helyseo propheta: ⁊ nemo eorū mūdat⁹ est nisi naamā syrus. Et repleti sunt omēs in synagoga irā hec audiētes. Et surrexerūt ⁊ eiecerunt illum extra ciuitatē ⁊ duxerūt illū vsq3 ad supercilū mōtis supra quē ciuitas illorū erat edificata vt precipitarēt eū. Ipse autē transiens: per medium illorum ibat. Offertoriū. Exaudi deus orationem meā: ⁊ ne despexeris deprecationem meam: intēde in me et exaudi me. ℣. Conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris: et expectabā eum qui me saluū faceret. ℣. Ego aūt ad deū clamaui libera aīā meam et extendas manum tuam in retribuendo illis. Secreta.

Munus quod tibi dn̄e nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentum. Per dn̄m. Cōmunio. Quis dabit ex sion salutare israel cū auerterit dn̄s captiuitatē plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. Post cōmunio.

Presta quesumus omnipotens ⁊ misericors deus: vt que ore cōtigimus: pura mente capiamus. Per dominū nostrū.

Super populū. Oratio. Subueniat nobis quesum⁹ dn̄e misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente saluari. Per dominū nostrum. Feria tertia. Officium.

Ego clamaui qm̄ exaudisti me deus inclina aurē tuā ⁊ exaudi verba mea custodi me domine vt pupillam oculi sub vmbra alarū tuarū ꝓtege me. Ps. Exaudi domine iusticiā meam intende deprecationem meam.

Exaudi nos oīpo- Oratio. tens et misericors deus: et cōtinētie salutaris ꝓpicius nobis dona concede. Per dominū.

Lectio libri regum.iiij.capit.iiij.

In diebus illis: Mulier que dam clamabat ad heliseum prophetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit helyseus Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea nisi parum olei quo vngar Cui ait. Uade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca et ingredere domum tuam: et claude ostium cum intrinsecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaque mulier: et clausit ostium super se et super filios suos: illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa: dixit ad filium suum Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo Stetitque oleum. Uenit autem illa et indicauit homini dei. Et ille. Uade inquit et vende oleum: et redde creditori tuo. Tu autem et filij tui: viuite de reliquo. Graduale. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Secundum matheum.xviij. capitulo.

In illo tempore: Respiciens iesus discipulos suos: dicit symoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunque alligaueritis super terram: erunt ligata et in celis. Et quecunque solueritis super terram: erunt soluta et in celis. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram / de omni re quamcunque petierint: fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Tunc petrus accedens ad eum dixit. Domine quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei: vsque septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagesies septies. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam et narrabo opera domini. ℣. In tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine quia dominus adiutor meus est Per hec veniat Secreta.

Per hec veniat quesumus domine sacramenta nostre redemptionis effectus qui et nos ab humanis retrahat semper excessibus: et ad salutaria cuncta perducat. Per. Communio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo: quis ingreditur sine macula et operatur iusticiam. Post communio.

SAcris domine misterijs ex
piati et veniã quesumus
consequamur & gratiam. Per.
Super populum. Oratio.
TUa nos domine protectio
ne defende & ab omni semp iniq
tate custodi. Per. Feria quarta.
EGo autem in Officium.
dño speraui exultabo et
letabor in tua misericor
dia qr respexisti hũilitatẽ meã
ps. In te domine speraui non confun
dar in eternũ in iusticia tua libera me.
PResta nobis que Oratio.
sumus domine: vt salutari
bus ieiunijs: eruditi a noxijs quo
qz vicijs abstinentes ꝓpiciatio
nem tuã facilius impetremus.
Per dominum nostrum. Lectio
libri exodi. xx. capitulo.
HEc dicit dominus deus: Ho
nora patrem tuũ & matrem tu
am: vt sis lõgeuus super terram
quam dominus deus tuus dabit
tibi. Non occides: non mechabe
ris: non furtum facies: non loq̃
ris cõtra proximũ tuum falsum
testimonium. Non concupisces
domũ proximi tui: nec desidera
bis vxorem eius: nõ seruum: nõ
ancillam: nõ bouem: non asinũ
nec oĩa que illius sũt. Cũctus aũt
pplus videbat voces: & lãpades
& sonitũ buccine montẽqz fumã
tẽ: et perterriti ac pauore ꝑculsi
steterunt procul dicẽtes moysi.
Loquere tu nobis: & audiemus.
Non loquatur nobis dñs: ne forte
moriamur. Et ait moyses ad po
pulum. Nolite timere. Ut enim
ꝓbaret vos venit deus: vt terror
illius esset in vobis & nõ peccare
tis. Stetitqz populus de lõge moy
ses autẽ accessit ad caliginem in
qua erat deus. Dixitqz preterea do
minus ad moysem. Hec dices fi
lijs israel. Uos vidistis que de ce
lo locutus sum vobis. Nõ facietis
deos argẽteos: nec deos aureos
facietis. Altare de terra facietis
mihi & offeretis super eo olocau
sta et pacifica vestra: oues vestras
et boues in omni loco: i quo me
moria fuerit nominis mei. Gra
duale. Miserere mihi domine: quoni
am infirmus sum sana me domine. V.
Conturbata sunt omnia ossa mea: et a
nima mea turbata est valde. Tract.
De necessitatibus meis. Secundũ
matheum. xv. capitulo.
IN illo tẽpore: Accesserunt
ad iesũ ab hierosolimis scribe &
pharisei dicẽtes. Quare discipu
li tui trãsgrediũtur traditiones
seniorum? Nõ enim lauant ma
nus suas: cũ panẽ manducant.
Ipse autem respondens ait illis
Quare & vos trãsgredimini mã
datum dei ꝓpter traditionẽ ve
stram? Nam deus dixit Honora
patrem & matrem: & qui maledi
xerit patri vel matri morte mori
atur. Uos autem dicitis: quicũqz
dixerit patri vel matri munus qd
cũqz est ex me tibi proderit: et nõ
honorificabit patrem suũ et ma
trem suã / & irritum fecistis mã
datum dei ꝓpter traditionẽ ve
strã. Hypocrite / bene propheta
uit de vobis esaias dicẽs Popu-

lus hic labijs me honorat cor aūt
eorum lōge est a me. Sine causa
autem colunt me docētes doctri
nas ꝛ mandata hominū. Et con
uocatis ad se turbis dixit eis Au
dite ꝛ intelligite. Non qđ intrat
in os coinquinat hominē: sed qđ
procedit ex ore hoc coinquinat ho
minem Tunc accedētes discipu
li eius dixerūt ei. Scis quia pha
risei audito hoc verbo scādaliza
ti sunt? At ille respōdēs ait. Om
nis plantatio quam nō planta
uit pater meus celestis: eradica
bit. Sinite illos: ceci sunt et du
ces cecorum. Cecus autē si ceco du
catum prestet: ambo in foueā ca
dunt. Respondēs autem petrus
dixit ei Edissere nobis parabolā
istā. At ille dixit. Adhuc et vos si
ne intellectu estis? Nō intelligi
tis: qr omne quod in os intrat in
ventrē vadit et in secessuz emit
titur? Que aūt procedūt de ore:
de corde exeunt ꝛ ea coinquināt
hominez. De corde enim exeunt
cogitatiōes male / homicidia: a
dulteria / fornicationes / furta /
falsa testimonia / blasphemie.
Hec sunt q̄ coinquinant hoiem.
Non lotis autem manibus mā
ducare: nō coinquinat hominē.
Offertorium. Domine fac mecum
misericordiam tuā propter nomen tu
um quia suauis ē misericordia tua. V.
Deus laudem meā ne tacueris quia os
peccatoris et dolosi super me appertuz
est. V. Impulsus versatus sum vt ca
derem et dominus suscepit me: et fact9
est mihi in salutem. Secreta.

Suscipe quesumus dn̄e pre
ces populi tui cuz oblatio
nibus hostiarum ꝛ tua mysteria
celebrantes ab omnibus nos de
fende periculis. Per dominum.
Communio. Notas mihi fecisti vi
as vite: adimplebis me leticia cum vul
tu tuo domine. Post communio.
Sanctificet nos quesumus
dn̄e: qua pasti sumus men
sa celestis: ꝛ a cunctis erroribus
expiatos: supernis pmissionib9
reddat acceptos. Per. Super po
Concede pulum. Oratio.
quesumus omnipotens de
us: vt q̄ protectionis tue gratiā
querimus: liberati a malis omi
bus secura tibi mēte seruiamus.
Per dominū nostrum iesuz chri
stum filium tuuz. Feria quinta
Salus populi Officiū.
ego sum dicit domin9 de
quacūq3 tribulatiōe cla
mauerint ad me exaudiaz eos: ꝛ
ero illorum dn̄s in ppetuuz. Ps.
Attendite popule meus legem meā in
clinate aurē vestrā in verba oris mei.
Concede quesu Oratio.
mus omnipotens deus: vt
ieiuniorum nobis sancta deuo
tio et purificationem tribuat: ꝛ
maiestati tue nos reddat acce
ptos. Per dominum nostrum.
Lectō hieremie prophete. xvii.ca.
In diebus illis: Fact9 est ser
mo dn̄i ad me dicēs Sta in
porta dom9 domini ꝛ predica ibi
verbum istud et dic. Audite ver
bum domini ois iuda: qui ingre
dimini p portas has vt adoretis

dominum Hec dicit dominus exercituum deus israel Bonas facite vias vřas ⁊ studia vestra: et habitabo vobiscū i loco isto. Nolite cōfidere in verbis mendatij di:cētes: templū dñi: tēplū dñi: tēplum dñi est. Quoniā si benedixeritis vias vestras et studia vestra: si feceritis iudiciuȝ inter virum et proximum eius: aduene et pupillo: ⁊ vidue non feceritis calūniam: nec sanguinem innocētez effuderitis in loco hoc: ⁊ post deos alienos nō ambulaueritis in maluȝ vobismetipsis: habitabo vobiscū i loco isto i terra quā dedi patribꝰ vestris a seculo ⁊ vsq; in seculum. Ait dominꝰ omnipotēs. Graduale. Oculi omnium in te sperant domine et tu das illis escā in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione. Secundū iohannem (vj. capitulo.

In illo tēpore: Dixit iesus turbis iudeorum. Operamini nō cibum qui perit: sed qui permanet in vitaȝ eternam: quem filiꝰ hominis dabit vobis. Hunc eni pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum Quid faciemꝰ vt operemur opera dei? Respōdit iesus ⁊ dixit eis Hoc est opus dei: vt credatis i eū quem misit ille. Dixerūt ergo ei. Quod ergo tu facis signū: vt videamus et credamꝰ tibi? Quid operar̃? Patres nři mādncauerunt manna in deserto sicut scriptum est. Panē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus Amen amen dico vobis nō moyses dedit vobis panē de celo: sed pater meus dat vobis panē de celo veruȝ. Panis enim dei est qui descēdit de celo: ⁊ dat vitam mūdo. Dixerūt ergo ad eum. Domine semper da nobis hunc panēȝ Dixit autē eis iesus. Ego suȝ panis vite Qui venit ad me nō esuriet. Et qui credit in me nō sitiet vnq̄. Offertorium. Si ambulauero in medio tribulatiōis viuificabis me domine: et super iram inimicoruȝ meorum extendes manum tuam ⁊ saluum me fecit dextera tua. ℣. In quacūq; die inuocauero te exaudi me domine multiplicabis in anima mea virtutem tuaȝ.

Hac nos domine (Secreta. quesumus ad sancta mysteria purificatis mentibus accedere: vt tibi semper cōpetens deferamus obsequiuȝ. Per dominū. Communio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiēdas iustificationes tuas. (Post cōmunio.

Sacramēti tui domine venerāda perceptio: ⁊ mystico nos emundet effectu: ⁊ perpetua virtute defēdat. Per. Super populum. Oratio

Subiectum tibi populū quesumus domine ꝓpiciatio celestis amplificet: ⁊ tuis semper faciat inherere mandatis. Per dominuȝ nostrū iesuȝ christū. Feria sexta. Offm.

Fac mecum domie signū in bono vt videant q me oderunt ⁊ cōfundantur quoniā tu domine adiuuisti me

et cõsolatus es me. Ps. Inclina domine aurem tuam et exaudi me quoniam inops et pauper sum ego. Oratio.

Ieiunia nostra quesum⁹ domine benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a vicijs ieiunemus in mēte. Per christum

Lectio libri numeri. xx. capitu.

In diebus illis: Cõuenerūt filij isrl' ad moysem et aarō et versi in seditionē dixerūt. Da te nobis aquam vt bibamus Ingressiq3 moyses et aaron dimissa multitudine ante tabernaculū federis: corruerūt proni in terrā clamauerūtq3 ad dominum atq3 dixerunt. Dñe de⁹ exaudi clamorē populi huius: et aperi eis thesaurum tuum: fōtem aque viue vt satiati cesset murmuratio eoru3. Et apparuit gloria domini super eos Locutusq3 est domin⁹ ad moysem dicēs. Tolle virga3 et cõgrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram corā eis: et illa dabit aquas Cumq3 eduxeritis aquam de petra: bibet omnis multitudo et iumēta ei⁹. Tulit igitur moyses virgam que erat in cõspectu domini sicut preceperat ei: congregata omni multitudine āte petrā / dixitq3 eis. Audite rebelles et increduli. Nū de petra hac vob' aquā poterimus eijcere? Cūq3 eleuasset moyses manū percutiēs virga bis silicē: egresse sūt aque largissime: ita vt populus biberet et iumēta eius. Dixitq3 domin⁹ ad moysem et aaron. Quia nō credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filijs israel: nō introducetis hos populos in terram qua3 dabo eis Hec est aqua contradictionis vbi iurgati sūt filij israel cōtra dominū: et sanctificat⁹ est in eis. Graduale. In deo sperauit cor meum et adiut⁹ sum et refloruit caro mea et ex voluntate mea confitebor illi. V. Ad te domine clamabo deus me⁹ ne sileas ne discedas a me. Tractus. Domine non secundum. Secundu3 Iohannem. iiij. capitulo.

In illo tēpore: Uenit iesus i ciuitatem samarie que dicitur sichar iuxta prediu3 quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat aūt ibi fons iacob. Iesus ergo fatigat⁹ ex itinere: sedebat sic super fōtē Hora aute3 erat quasi sexta. Uenit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipuli enim ei⁹ abierāt in ciuitate3: vt cibos emerēt. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū sis: bibere a me poscis: q̄ sum mulier samaritana? Nō enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit iesus: et dixit ei. Si scires donū dei: et q̄s est q̄ dicit tibi da mihi bibere: tu forsitam petisses ab eo: et dedisset tibi aquā viuā Dixit ei mulier. Dñe: neq3 i quo haurias habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquā viuā? Numquid tu maior es patre nostro iacob: qui dedit nobis puteu3: et ipse ex eo bibit et filij eius: et pecora

eius. Rñdit iesus ⁊ dixit ei. Om
nis q̄ biberit ex aqua hac sitiet ite
rum. Qui autē biberit ex aqua
quā ego dabo ei: nō sitiet i eter
num Sed aqua quā dabo ei fiet
in eo fōs aque saliētis in vitam
eternam. Dicit ad eū mulier Do
mine: da mihi hāc aquam: vt nō
sitiam neq̄ veniam huc haurire
Dicit ei iesus. Vade voca viruz
tuū: ⁊ veni huc. Respōdit muli
er: et dixit. Nō habeo virum. Di
cit ei iesus. Bene dixisti: quia nō
habeo virū. Quinq̄ enim viros
habuisti: ⁊ hunc quem habes nō
est tuus vir. Hoc vere dixisti. Di
cit ei mulier. Dñe: video q̄ pro
pheta es tu. Patres nostri in mō
te hoc adorauerūt: et vos dicitis
q̄ hierosolimis est locus vbi ado
rare oportet. Dicit ei iesus. Muli
er crede mihi: q̄ veniet hora quā
do neq̄ in mōte hoc: neq̄ in hie
rosolymis adorabit patrē. Vos
adoratis q̄d nescitis: nos adora
mus quod scimus: q̄ salus ex iu
deis est. Sz venit hora et nūc est
qñ veri adoratores adorabūt pa
trem in spiritu et veritate. Nā ⁊
pater tales querit: qui adorēt eū
Spiritus est deus ⁊ eos qui ado
rant eum: in spiritu et veritate
oportet adorare: Dicit ei mulier
Scio quia messias venit: q̄ dici
tur christus. Cum ergo venerit: il
le nobis annūciabit omnia. Di
cit ei iesus Ego suz qui loquor te
cum. Et cōtinuo venerūt disci
puli eius et mirabant: quia cum
muliere loquebat. Nemo tamē
dixit ei quid queris: aut q̄d loque
ris cum ea. Reliquit ergo ydriaz
suam mulier: ⁊ abijt in ciuitatez
et dicit illis hominibus. Venite
et videte hominē: qui dixit mihi
omnia quecūq̄ feci. Nunq̄d ipse
est christus? Exierunt ergo de ci
uitate: ⁊ veniebāt ad eum. Inte
rea rogabāt eū discipuli eius: di
centes. Rabbi: māduca. Ille au
tē dixit eis. Ego cibū habeo mā
ducare: quem vos nescitis. Dice
bāt ergo discipuli ad inuicē Nū
quid aliquis attulit ei manduca
re? Dicit eis iesus Meus cibus ē:
vt faciam volūtatem eius q̄ mi
sit me: vt perficiā opus eius Nō
ne vos dicitis: quod adhuc quat
tuor mēses sunt: ⁊ messis venit?
Ecce dico vobis: leuate oculos ve
stros ⁊ videte regiōes: quia albe
sunt iam ad messem. Et q̄ metit
mercedem accipit: ⁊ congregat
fructum in vitam eternam: vt ⁊
qui seminat simul gaudeat: et q̄
metit. In hoc enim est verbū ve
ruz: quia alius est qui seminat et
alius est q̄ metit. Ego misi vos
metere: quod vos nō laborastis
Alij laborauerunt: ⁊ vos in labo
res eorum itroistis. Ex ciuitate
autem illa: multi crediderūt in
eum samaritanorum: propter ver
bum mulieris testimoniū perhi
bētis quia dixit mihi omnia que
cūq̄ feci. Cuz venissent ergo ad
illum samaritani: rogauerūt eū
vt ibi maneret Et mansit ibi du
os dies. Et multo plures credide
runt in eū propter sermonē eius

et mulieri dicebāt quia iam non propter tuam loquelā credimus Ipsi enim audiuimus et scimus quia hic est vere saluator mūdi. Offertoriū. Intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniā ad te orabo domine. ℣. Uerba mea auribus percipe domine intellige clamorē meum et exaudi me. Secreta.

Respice domine propicius ad munera que sacramus vt et tibi grata sint/ et nob' salutaria semper existant. Per dñm. Cōmunio. Qui biberit aquam quā ego do dicit domin' samaritane: fiet in eo fons aque salientis in vitā eternā.

Huius nos Post cōmunio domine perceptio sacramēti mūdet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dominum. Super populum. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt q in tua protectione confidimus: cuncta nobis aduersantia te adiuuāte vincamus. Per. Sabbato officiū.

Uerba mea auribus percipe domine: itellige clamorem meum intende voci orationis mee. ps. Rex meus et deus me'.

Presta que- Oratio. sumus omnipotens deus/ vt qui se affligēdo carnem ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunent. Per. Lcō danielis prophete. xiij. capitulo.

In dieb' illis: Erat vir ī babilone: et nomē ei' ioachim Et accepit vxorem nomine susānam filiam helchie pulchram nimis et timentem deum. Parentes autem illius cum essent iusti erudierunt filiam suā secundū legem moysi. Erat aūt ioachim diues valde et erat ei pomerium vicinū domui sue et ad ipm confluebāt iudei eo qd esset honorabilior omniū. Et constituti sunt duo senes iudices in illo āno: de quibus locutus est domin': quia egressa est iniquitas de babilone a senioribus iudicib' q videbantur regere populum. Isti frequētabāt domum ioachim et veniebant ad eos omnes qui habebāt iudicia. Cū autem populus reuertisset post meridiē: ingrediebatur susanna: et deābulabat in pomerio viri sui. Et videbāt eā senes quotidie ingrediētē et deambulantem: et exarserunt in cōcupiscētia eius. Et auerterūt sensum suū: et declinauerunt oculos suos vt non viderent celum neq recordarētur iudiciorū iustorum. Factum est autē cū obseruarēt diem aptum quādo eā possent iuenire solam: ingressa est hec aliquādo sicut heri et nudiustertius cū duab' solis puellis: voluitq lauari in pomerio. Estus qppe erat. Et non erat ibi quisq: preter duos senes abscōditos cōtemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleū et smigmata et ostia pomerij claudite vt lauer. Cum autē egresse essent puelle: surrexerūt duo senes et accurrerūt ad eā et dixerūt Ecce ostia pomerij clausa sunt

et nemo nos videt. Quāobrē: assentire nobis: ⁊ commiscere nobiscuz Quod si nolueris: dicem⁹ testimonium ɔtra te q̄ fuerit tecum iuuenis: et ob hanc causam emiseris puellas a te Ingemuit susanna: et ait. Angustie sūt michi vndiq̄z Si eñi hoc egero mors michi est: si autem non egero nō effugiam man⁹ vestras Sed melius michi est absq̄z opere icidere in manus vestras: q̄ peccare i cōspectu domini Et exclamauit voce magna susāna: exclamauerūt autē et senes aduersus eam. Cū autem audissent clamorē in pomerio famuli dom⁹ irruerūt per posticum: vt viderēt quidnā eēt Postq̄ autē senes locuti sūt erubuerunt serui vehemēter: quia nūq̄ dict⁹ fuerat sermo huiuscemodi de susāna Et facta est dies crastina. Cumq̄z venissz popul⁹ ad virū eius ioachim: venerunt ⁊ duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannaz vt interficerēt eam. Et dixerunt coraz populo. Mittite ad susannā filiam helchie vxorē ioachim Et statim miserunt. Et venit cū parentibus ⁊ filijs: ⁊ vniuersis cognatis suis. Flebāt igitur sui: et omnes qui nouerant eam. Consurgētes autem duo presbyteri in medio ppl'i: posuerūt manus suas super caput eius. Que flēs suspexit ad celum. Erat autē cor eius fiduciam habēs in domino Et dixerunt presbyteri. Cuz ambularem⁹ i pomerio soli: igressa est hec cum duab⁹ solis puellis: ⁊ clausit ostia pomerij ⁊ dimisit a se puellas. Venitq̄z ad eaz adolescēs q̄ erat abscōditus: ⁊ ɔcubuit cum ea Porro nos cum essemus in angulo pomerij videntes iniquitatē: cucurrimus ad eos ⁊ vidimus eos pariter cōmisceri. Et illum quidez nequiuimus cōprehendere: quia fortior nobis erat et aperto ostio exiluit. Hāc autē cum apprehendissemus: interrogauimus quisnā esset adolescēs et noluit idicare nobis. Hui⁹ rei testes sum⁹. Credidit eis multitudo quasi senibus ⁊ iudicib⁹ populi: ⁊ condemnauerunt eaz ad mortem. Exclamauit autē voce magna susāna: et dixit. Deus eterne qui absconditorum es cognitor: qui nosti omnia atq̄ fiant: tu scis quoniam falsum cōtra me tulerunt testimoniū. Et ecce morior cū nichil horum fecerim que isti maliciose composuerunt aduersū me Exaudiuit autem domin⁹ vocē eius. Cumq̄z duceretur ad mortez: suscitauit de⁹ spiritum pueri iunioris cui⁹ nomen erat daniel. Et exclamauit voce magna. Mūdus ego sū a sanguine huius. Et cōuersus oīs populus ad eum: dixit Quis est sermo iste quem tu locut⁹ es? Qui cum staret in medio eor: dixit. Sic fatui filij isrl' nō iudicātes: neq̄ qd̄ verum est cognoscētes: condemnastis filiam israel. Reuertimi ad iudiciū: q2 falsuz testimoniuz locuti sūt aduersus

cā. Reuersus est ergo popul⁹ cū festinatōe: ⁊ dixit ad eos daniel. Sepate eos abinuicē ꝓcul: ⁊ diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero vocauit vnū de eis ⁊ dixit ad euȝ. Inueterate dierū maloꝝ: nūc venerunt peccata tua que operabaꝛ' prius: iudicās iudicia iniusta innocētes opprimens ⁊ dimittens noxios: dicēte domino: innocentem ⁊ iustum nō interficies. Nunc ergo si vidisti eā dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub cino. Dixit aūt daniel. Recte mentitus es in caput tuū Ecce eniȝ angelus domini accepta sentētia ab eo scindet te mediuȝ. Et ammoto eo: iussit venire aliuȝ: ⁊ dixit ei. Semē chanaā et nō iuda: species decepit te ⁊ cōcupiscētia subuertit cor tuū Sic faciebatis filiab⁹ israel: ⁊ ille timētes loquebanꝛ vobis. Sȝ nō filia iuda sustinuit iniq̄tateȝ vestrā. Nūc ergo dic mihi sub qua arbore cōprehēderis eos loquentes sibi? Qui ait. Sub prino. Dixit autem ei daniel. Recte mētitus es et tu in caput tuum. Manet eni angelus domini gladiuȝ habens vt secet te mediū ⁊ interficiat vos. Exclamauit itaqȝ omnis cetus voce magna: ⁊ benedixerūt deū: qui saluat sperātes in se. Et cōsurrexerūt aduersus duos p̄sbyteros: cōuicerat eniȝ eos daniel ex ore suo falsuȝ dixisse testimoniū. Feceruntqȝ eis sicuti male egerāt aduersus ꝓximā et iterfecerūt eos. Et saluat⁹ est sāguis innoxius in die illa. Grad. Si ambulē in medio vmbre mortis nō timebo mala: q̄m tu mecum es dn̄e. V. Uirga tua et baculus tuus ip̄a me cōsolata sunt. Secūduȝ iohannē. viij

In illo tp̄e: Perrexit iesus i mōtē oliueti: ⁊ diluculo iterū venit i templū. Et oīs pp̄ľus venit ad eū: ⁊ sedēs docebat eos Adducunt aūt scribe et pharisei mulierē in adulterio dep̄rehēsaȝ ⁊ statuerūt eā i medio: ⁊ dixerūt ei. Magister: hec mulier modo deprehēsa est in adulterio. In lege aūt: moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo q̄d dicis? Hec autē dicebāt tentantes eū: vt possent accusare eū Jesus aūt iclinās se deorsū: digito scribebat in terrā. Cū autē ꝑseuerarēt interrogātes eū: erexit se ⁊ dixit eis. Qui sine pctō est vrm: primus i illā lapidē mittat. Et iterꝝ se iclinās: scribebat in terra. Audiētes aūt hec vnus post vnū exibāt: icipiētes a seniorib⁹. Et remāsit solus iesus: et mulier i medio stans. Erigēs aūt se iesus: dixit ei. Mulier vbi sūt q̄ te accusabāt? Nemo te cōdēnauit? Que dixit. Nemo dn̄e. Dixit aūt ei iesus. Nec ego te cōdēnabo Uade et iā ampli⁹ noli peccare. Offer. Gressus meos dirige dn̄e scd̄m eloquiū tuū: vt non dominetur mei oīs iniusticia dn̄e. V. Declaratio sermonū tuoꝝ illuminat ⁊ itellectū dat puulis. Secr.

Efficaciter hec hostia dn̄e q̄s solennibus grata ieiuniis

et vt tibi fiat acceptior: purifica
tis mētibus imolettur. P. Coio.
Nemo te cōdēnauit mulier: nemo dn̄e
nec ego te cōdēnabo iā amplius noli pec
care. Post coio.
Quesumus omnipotens deus vt inter eius mē
bra numeremur: cuius corpori cō
municauimus: et sanguini iesu
xp̄i filij tui dn̄i nostri. Qui tecū.
Super populum. Oratio.
Porrigē de dn̄e fidelibus tuis
dexteram celestis auxilij: vt te to
to corde perquirant: et que digne
postulant cōsequi mereātur. P.

Dn̄ica.iiij medie.xl. Off.

Letare hierusalē et conuē
tū facite oēs q̄ diligitis do
minū: gaudete cū leticia q̄ in tri
sticia fuistis vt exultetis et satie
mini ab vberibus consolationis
vestre. ps. Letatus sū i his q̄ dicta sūt
mihi in domū dn̄i ibimus. Or.
Concede q̄s omnipotens deus: vt qui
ex merito nostre actionis affligi
mur: tue gratie cōsolatiōe respi
remus. Per. Ep̄la Ad galathas
iiij. capi.
Fratres: Scriptū
est q̄m abraham duos fili
os habuit: vnū de ancilla: et vnū
de libera. Sed qui de ācilla secū
dum carnē natus est. Qui aūt de
libera: per repromissionem. Que
sunt per allegoriā dicta. Hec em̄
sūt duo testamēta. Unū quidē i
mōte syna in seruitutē generās
que est agar. Syna em̄ mōs est i
arabia q̄ cōiunctus est ei q̄ nunc
est hierl'm: et seruit cum filijs suis
Illa aūt que sursū est hierusalē:
libera ē q̄ est mater nr̄a Scriptū
est em̄. Letare sterilis q̄ nō paris
erūpe et clama que nō parturis:
quia multi filij deserte magis q̄ eius
que habet virū. Nos aūt frēs se
cūdū ysaac promissionis filij su
mus. Sed quomodo tūc q̄ scd̄m
carnē natus fuerat persequebat
eū qui scd̄m sp̄m: ita et nūc. Sed
q̄d dicit scriptura? Eijce ancillā
Et filiū eius. Non em̄ heres erit
filius ācille: cū filio libere. Itaque
frēs: nō sumus ancille filij: sed libe
re. Qua libertate: xp̄s nos libera
uit. Grad. Letatus sum in his q̄ dicta
sunt mihi: in domū dn̄i ibimus. V. Fiat
pax in virtute tua et abūdātia in turri
bus tuis. Tract. Qui cōfidūt in do
mino sicut mōs syon nō cōmouebitur i
eternū qui hītat i hierusalē. V. Mōtes
in circuitu eius et dn̄s in circuitu populi
sui ex hoc nūc et vsque i seculū. S.io.vi.
In illo tp̄e: Abijt iesus trās
mare galilee q̄d est tyberia
dis: et sequebatur eū multitudo
magna: quia videbāt signa q̄ facie
bat super his qui infirmabātur.
Subijt ergo in mōtē iesus: et ibi
sedebat cū discip'lis suis Erat au
tē proximum pascha: dies festus iu
deorum. Cū subleuasset ergo ocl'os
iesus: et vidisset quia multitudo ma
xima venit ad eū: dixit ad philip
pū. Unde ememus panes vt man
ducēt hi. Hoc aūt dicebat: tētās
eū. Ipse enim sciebat quid esset fa
cturus. Respōdit ei philippus. Du
centorum denariorum panes nō suf
ficiūt eis: vt vnusquisque modicū
quid accipiat. Dicit ei vnus ex di
scipulis eius andreas frater symōis

petri. Est puer vn⁹ hic: qui habet quīq3 panes ordeaceos: ⁊ duos pisces. Sz hec q̄d sūt iter tātos? Dicit ergo ies⁹ Facite hoīes discūbere. Erat ei fenū multū in loco Discubuerūt ergo viri numero quasi q̄nq3 milia Accepit ergo ies⁹ panes: ⁊ cū grās egisss3 distribuit discūbētib⁹. Similiter ⁊ ex piscib⁹ quātū volebāt. Ut aūt ipleti sūt dixit discipl'is suis Colligite q̄ superauerunt fragmēta ne pereāt Collegerūt ergo: ⁊ ipleuerūt duodeci cophinos fragmētoꝝ ex q̄nq3 panib⁹ ordeaceis: q̄ supfuerūt his q̄ mādu caueraāt. Illi ergo homies cū vidissēt q̄d fecerat signū dicebāt. Qr hic est vere ꝓpheta: q̄ vētur⁹ est i mundū. Offr. Laudate dn̄m q: benign⁹ est psallite noī ei⁹ qm̄ suauis est oīa quecūq3 voluit fecit in celo ⁊ in terra.

Annue Secrā. Annue nobis dn̄e q̄s vt ⁊ diuinis sēper solēnitatibus occupemur: et mysteriis sacris mēte pariter cōgruam⁹ et corpe. Per. Prefatio quotid. Coio. Hierusalez q̄ edificat vt ciuitas cui⁹ participatio ei⁹ in idipm illuc eīn ascēderūt trib⁹ tribus dn̄i ad cōfitendū nomini tuo dn̄e. Post coio.

Da nobis q̄s misericors de⁹: vt scā tua quib⁹ incessāter explemur sinceris tractem⁹ obsequiis/ et fideli semp mēte sumam⁹. p d. Feria .iij. Offm̄.

Deus i noīe tuo saluū me fac: ⁊ in virtute tua iudica me de⁹ exaudi orōem meā. ps. Qm̄ alieni insurrexerūt aduersū me: ⁊ fortes quesierūt aīam meā. Oratio.

Presta q̄s oīps de⁹: vt obseruatiōes sacras āmua deuotiōe recolētes: ⁊ corpore tibi placeamus ⁊ mente. Per. Lectio li. iij. regū. iij. ca. iij.

In dieb⁹ illis Uenerūt due mulieres meretrices ad regē salomonem: steteruntq3 coraz eo: Quaꝝ vna ait. Obsecro mi dn̄e: ego ⁊ mulier hec habitabam⁹ i domo vna ⁊ peperi apud eā i cubiculo Tertia vero die postq̄ȝ ego peperi: peperit ⁊ hec. Et eram⁹ simul: nullusq3 ali⁹ nobiscū in domo exceptis nobis duabus. Mortuus est autē filius mulieris hui⁹: nocte q̄ppe dormiēs oppressit euz. Et cōsurgens intēpeste noctis silētio: tulit filium meū de latere meo ācille tue dormiētis: et collocauit in sinu suo: suum autē filiuz q̄ erat mortu⁹ posuit in sinu meo. Cunq3 surrexissē mane: vt darē lac filio meo: appuit mortu⁹. Quez diligētius intuēs clara luce: deprehēdi nō esse meum quē genuerā. Responditq3 altera mulier. Nō est ita vt dicis: sed fili⁹ tuus mortuus est: me⁹ autē viuit. Ecōtra illa dicebat. Mētiris. Filius quippe meus viuit: ⁊ filius tuus mortu⁹ est. Atq3 in hunc moduz contendebant coraz rege. Tunc rex ait. Hec dicit filius meus viuit: ⁊ filius tu⁹ mortu⁹ est: et ista respōdit nō: sed filius tu⁹ mortuus est: me⁹ autē viuit. Dixit autē rex. Afferte mihi gladiū. Cunq3 attulissēt gladiuz corā rege: diuidite inq̄t infantē viuum i duas

partes: ⁊ date dimidiã partẽ vni
⁊ dimidiã partẽ alteri. Dixit aũt
mulier cui⁹ filius erat viuus ad re
gẽ: cõmota sunt ꝗppe viscera ei⁹
sup filio suo Obsecro dñe: date il
li ifantẽ viuũ: ⁊ nolite interfice
re eũ. Ecõtrario illa dicebat Nec
mihi nec tibi sit: sed diuidatur. Re
spondit rex ⁊ ait. Date huic ifan
tē viuũ: ⁊ nõ occidatur. Hec est eñ
mater ei⁹. Audiuit itaqȝ oĩs isrl'
iudiciuȝ qđ iudicasset rex: ⁊ timu
erũt regẽ: videntes sapiẽtiaȝ dei
esse in eo: ad faciendũ iudicium.
Grad. Esto mihi in deũ protectorẽ ⁊ in
locum refugii vt saluuȝ me facias. V.
De⁹ i te speraui dñe nõ ɔfundar in eternũ
Tract⁹. Dñe non secundũ. Se. io.

In illo tp̃e: Prope (Johañe .ij. ca.)
erat pascha iudeoꝝ: et a-
scẽdit ies⁹ hierosolimã Et iuenit
i tẽplo vẽdentes boues ⁊ oues et
colũbas: ⁊ nũmularios sedẽtes.
Et cũ fecisset q̃si flagellũ de funi
culis oẽs eiecit de templo. Oues
quoqȝ ⁊ boues ⁊ nũmularioꝝ ef-
fudit es ⁊ mẽsas subuertit Et his
q̄ colũbas vẽdebãt: dixit. Aufer-
te ista hinc: ⁊ nolite facere domũ
patris mei: domuȝ negociatiõis
Recordati vero sũt discipuli ei⁹:
q2 scriptum est: zelus domus tue
comedit me Respõderũt ergo iu
dei ⁊ dixerũt ei. Qđ signum ostẽ
dis nobis q2 hec facis? Respõdit
iesus: ⁊ dixit eis. Soluite templũ
hoc: ⁊ in tribus dieb⁹ excitabo il-
lud. Dixerũt ergo iudei Quadra
ginta ⁊ sex annis edificatũ est tẽ
plũ hoc: ⁊ tu i tribus dieb⁹ excita
bis illđ? Ille aũt dicebat de tẽplo
corporis sui Cũ ergo resurrexisset
a mortuis recordati sũt discipuli
ei⁹ q2 hec dicebat: et crediderunt
scripture ⁊ sermoni quẽ dixit ies⁹
Cuȝ autẽ esset hierosolimis i pa-
scha i die festo: multi crediderũt
in noĩe eius: videntes signa ei⁹ q̃
faciebat. Ipse aũt iesus nõ crede-
bat semetipm̃ eis: eo q2 ipse nosset
oẽs: ⁊ q2 opus ei nõ erat vt q̃s te-
stimoniuȝ phiberet de hoĩe. Ipse
eñ sciebat: quid esset in homine.
Offr. Jubilate deo oĩs terra: iubilate
deo oĩs terra: seruite dño in leticia: intra
te in cõspectu ei⁹ in exultatione q2 domi
nus ipse est deus. V. Ipse fecit nos et nõ
ipi nos: nos autẽ populus eius ⁊ oues pa
scue eius.

Tuis dñe (Secta.)
q̃s operare mysteriis: vt hec
tibi munera dignis mẽtib⁹ offe-
ramus. Per. Coio. Ab occultis me
is mũda me domine: ⁊ ab alienis parce
seruo tuo.

Quos di- (Postcõ.)
uinis dñe reficis sacramen
tis tuis q̃s sustẽta p̃sidiis: ⁊ quos
bñficiis tp̃alib⁹ refoues: pasce p
petuis. p. d. Sup populuȝ. Oro.

Deprecationẽ nostrã q̃s dñe
benignus exaudi: et q̃bus
supplicandi prestas affectum tri
bue defensiõis auxilium. Per do
minum. Feria tertia. Officium.

e Exaudi deus orationem
meã et ne despexeris de-
precationem meã itẽde
in me et exaudi me. Ps. Contrista
tus sum in exercitatione mea et contur
batus sum a voce inimici. Non dica
tur vlterius. Oratio.

Sacre nobis q̄s dn̄e obserua
tiōis ieiunia: ⁊ pie cōuersa
tionis augmētū: et tue ꝓpiciati
onis cōtinuū ꝑstēt auxiliū. P.

IN die Lectio libri exodi. xxxij
bus illis: Locut⁹ est dn̄s ad
moysē dicēs. Descēde de mōte: q2
peccauit ppl's tu⁹ quē eduxisti de
terra egypti. Recesserunt cito de
via quā ostēdisti eis: fecerūtq3 sibi
vitulū cōflatilē: ⁊ adorauerūt / at
q3 imolantes ei hostias dixerunt
Isti sunt dij tui israel: q̄ te eduxe
rūt de terra egypti. Rursūq3 ait
dn̄s ad moysē. Cerno q2 ppl's iste
dure ceruic' sit dimitte me vt ira
scatur furor meus cōtra eos ⁊ de
leam eos: faciāq3 te in gētem ma
gnā. Moyses aūt orabat dn̄z de
um suū dicēs. Cur dn̄e irascit' fu
ror tuus cōtra populū tuū quem
eduxisti de terra egypti: i fortitu
dine magna / ⁊ in manu robusta
Ne q̄so dicāt egyptij callide edu
xit eos: vt iterficeret in montib⁹
et deleret de terra. Quiescat ira
tua: ⁊ esto placabilis sup neq̄cia3
ppl'i tui Recordare abrahā ysaac
et israel seruorum tuor: quib⁹ iu
rasti p temetipsu3 dicens. Multi
plicabo semē vestrū sicut stellas
celi: ⁊ vniuersa3 terrā hāc de qua
locutus sū dabo semini vestro: ⁊
possidebitis eā semp Placatusq3
est dn̄s ne faceret malū: qd̄ locu
tus fuerat aduersus ppl'3 suū Et
misert⁹ ē populo suo: dn̄s de⁹ no
ster. Grad. Exurge dn̄e fer opem no
bis et libera nos propter nomē tuū. V.
Deus aurib⁹ nostris audiuimus patres
nostri annunciauerūt nobis opus quod
operatus es in diebus eorum: et in dieb⁹ an
tiquis. Secundū iohannem. vij.

IN illo tpe: Iam die festo me
diāte ascēdit iesus in tēplū:
⁊ docebat Et mirabātur iudei di
cētes. Quomodo hic litteras scit
cū non didicerit? Respōdit ei ie
sus: ⁊ dixit. Mea doctrina nō est
mea: sed ei⁹ qui misit me. Si q̄s
voluerit volūtatē ei⁹ facere co
gnoscet de doctrina mea vtrū ex
deo sit: an ego a meipso loquor?
Qui a semetipso loquit': gloria
ꝓpriā querit. Qui aūt q̄rit gl'ia3
eius q̄ misit illū: hic verax est ⁊ in
iusticia in illo nō est. Nōne moy
ses dedit vob' legē: ⁊ nemo ex vo
bis facit legē? Quid me q̄ritis in
terficere? Rn̄dit ei turba: ⁊ dixit
Demoniū habes. Quis te q̄rit i
terficere? Respōdit iesus et dixit
eis Vnū opus feci: ⁊ oēs mirami
ni. Propterea moyses dedit vo
bis circūcisionē nō q2 ex moyse ē
sed ex patribus. Et i sabbato cir
cūciditis hoiem. Si circūcisionē
accipit homo i sabbato vt nō sol
uatur lex moysi: mihi idignami
ni quia totū hominē sanū feci in
sabbato? Nolite iudicare scd̄m
faciē: sed iustū iudiciu3 iudicate.
Dicebāt ergo quidā ex hierosoli
mis Nōne hic ē quē q̄rūt iterfice
re? Ecce palā loquit': ⁊ nihil ei di
cūt. Nūq̄d vere cognouerūt pri
cipes: q2 hic ē xp̄s? S3 hūc scim⁹
vn̄ sit. Xp̄s aūt cū venerit: nemo
scit vn̄ sit Clamabat ergo docēs
in tēplo ies⁹: ⁊ dicēs. Et me scitis

et vnde sim scit᷑. Et a meipso nō veni: sed est verꝰ q̇ misit me: quē vos nescitis. Ego aūt scio eū. Et si dixero q꞉ nescio eū: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: quia ab ipō sū: ⁊ ipse me misit. Querebant ergo eū apprehendere: ⁊ nemo misit ī illū manus, q꞉ nondū venerat hora eius. De turba aūt multi crediderūt in eū. Offr. Expectans expectaui dn̄m et respexit me: ⁊ exaudiuit dep̄cationē meā ⁊ immisit in os meū canticum nouū: hymnū deo nostro. V. Statuit supra petrā pedes meos et direxit gressus meos. Secreta.

Fidelium tuorum q̄s dn̄e hostias ppicius intuere: vt qđ oblatū est per obsequium ⁊ deuotorum vota famulorum: tua potius ppiciatione firmetur. Per. Coio. Letabimur in salutari tuo et in noīe domini dei nr̄i magnificabimur. Postc.

Prosit nobis q̄s dn̄e sacer cibus potusq꜒ salutaris: q̇ et tēporalem vitā muniat: et p̄stet eternā. Per đ. Sup populū orō.

Miserere q̄s dn̄e populo tuo: et cōtinuis tribulationibꝰ laborantē ppicius respirare cōcede. Per. Feria. iiij. Officium.

Dum sanctificatꝰ fuero in vobis cōgregabo vos de vniuersis terr꜒: ⁊ effūdā sup vos aquā mundā ⁊ mūdabimini ab oībus īquinamētis vestris: ⁊ dabo vobis spm̄ nouū. ps Benedicā dn̄m in oī tēpore: semp laus eius in ore meo. Sequitur orō sine Dn̄s vobiscū. sed tm̄ cū. Oremꝰ. et. Flectamus genua. Oratio.

Deus qui et iustis p̄mia meritorum et peccatoribꝰ per ieiuniū veniā prebes: miserere supplicibꝰ tuis, vt reatꝰ nostri cōfessio indulgētiā valeat oim percipere delictorum. Per. Lectō ezechie lis pphete. xxxvj.

Hec dicit dn̄s deus. Sāctificabo nomen meū magnū: vt sciant gētes q꞉ ego dn̄s: cū sctificatus fuero in vobis corā eis. Tollā q̇ppe vos de gētibꝰ: et cōgregabo vos de vniuersis terr꜒, ⁊ adducā vos in terrā vestrā. Et effundam sup vos aquā mundā: ⁊ mundabimini ab oībus īquinamētis vestris et ab vniuersis ydolis vr̄is mundabo vos. Et dabo vob꜒ cor nouū et spm̄ nouū ponā ī medio vestri. Et auferā cor lapideū de carne vr̄a: ⁊ dabo vobis cor carneū, et spm̄ meū ponā in medio vestri. Et faciā vt in p̄ceptis meis ābuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis ⁊ operemini. Et habitabit꜒ ī terra quā dedi patribꝰ vr̄is: ⁊ eritis mihi in pplm̄: ⁊ ego ero vobis in deum dicit dn̄s oḡs. Građ. Venite filii audite me timorē dn̄i docebo vos. V. Accedite ad eū ⁊ illuminamini ⁊ facies vr̄e nō cōfūdent. Nō repetat građ: sed sequat. Dn̄s vo. et Flectamꝰ genua. Or.

Presta q̄s oḡs deꝰ vt quos ieiunia votiua castigāt: ipsa quoq꜒ deuotio sancta letificet vt terrenis affectibꝰ mitigatis, facilꝰ celestia capiamus. Per dominum nostrum ꝛc. Hic dicuntur memorie cōsuete.

Lectio esaie pphete. j. capitulo.

Hec dicit dñs de⁹. Lauamini mũdi estote: auferte malũ cogitationũ vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere Querite iudiciũ subuenite oppsso iudicate pupillo: defendite viduã: et venite et arguite me dicit dñs. Si fuerint peccata vr̃a vt coccinũ: quasi nix dealbabunt. Et si fuerint rubra quasi vmicul⁹: velut lana alba erũt Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis Dicit dñs op̃s Grad Beata gens cui⁹ est dñs deus eorum pp̃lus quẽ elegit dñs in hereditatem sibi. ỽ. Uerbo dñi celi firmati sũt et spiritu oris eius oĩs virtus eorum. Tract⁹. De necessitatibus. Se. iohannẽ. ix.

In illo tp̃e: Preteriens ies⁹ vidit hoiem cecũ a natiuitate. Et interrogauerũt eũ discipli eius. Rabbi: q̃s peccauit: hic aut parrẽtes eius vt cecus nasceretur: Respõdit iesus. Neqz hic peccauit neqz parẽtes ei⁹: sed vt manifestentur opa dei i illo. Me oportet operari opa ei⁹ qui misit me: donec dies est Ueniet nox qñ nemo põt opari Quãdiu in mũdo sum lux sum mũdi. Hec cum dixisset: expuit in terrã et fecit lutũ ex sputo et liniuit lutũ sup oculos eius et dixit ei. Uade et laua i natatoria syloe: qđ interpretatur miss⁹ Abijt ergo et lauit: et venit vidẽs. Itaqz vicini et qui viderãt eũ pri⁹ q: mẽdicus erat: dicebãt. Nõne hic est qui sedebat et mẽdicabat: Alij dicebãt q: hic est: alij aũt nequaq̃: sed similis est ei⁹. Ille vero dicebat: q: ego sum. Dicebãt ergo ei. Quomõ apti sunt tibi oculi: Respõdit. Ille hõ q̃ dicitur iesus lutum fecit: et vnxit oculos meos et dixit mihi. Uade ad natatoriã syloe et laua. Et abij et laui et vidi Dixerũt ei. Ubi est ille: Ait. Nescio. Adducũt eũ ad phariseos: q̃ cec⁹ fuerat. Erat autẽ sabbatum qñ lutũ fecit ies⁹ et apuit oculos ei⁹. Iterum aũt interrogauerunt eum pharisei quõ vidisset Ille aũt dixit eis. Lutum posuit mihi sup oclos: et laui et video dicebãt ergo ex phariseis q̃dã. Non est hic hõ a deo q̃ sabbatum nõ custodit. Alij autẽ dicebãt Quomodo põt homo pctõr hec signa facere: Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterũ. Tu q̃d dicis de eo q̃ apuit oculos tuos: Ille autẽ dixit: q: pphã ẽ Nõ crediderũt ergo iudei de illo q: cec⁹ fuisset et vidisset: donec vocauerunt parẽtes ei⁹ q̃ viderat: et interrogauerũt eos dicentes. Hic ẽ fili⁹ vester quẽ vos dicitis: q: cecus natus est: Quõ ergo nũc videt: Respõderũt eis parẽtes ei⁹: et dixerũt Scim⁹ q: hic est fili⁹ noster: et q: cecus nat⁹ ẽ. Quõ aũt nunc videat nescim⁹: aut q̃s ei⁹ apuit oculos nos nescim⁹. Ip̃m interrogate: etatẽ hz ip̃e de se loquatur Hec dixerunt parentes ei⁹: q: timebãt iudeos: Iã eñ ɔspirauerãt iudei vt si q̃s eum cõfiteretur xp̃m: extra synagogã fieret. Propterea parẽtes ei⁹ dixerũt: q: etatem hz: ip̃m interrogate. Uocauerunt ergo rursum hoiem q̃ fuerat cecus: et

dixerũt ei. Da gliam deo Nos sci
mus: qꝛ hic homo pctõꝛ est. Dixit
ergo ille Si pctõꝛ est nescio: vnũ
scio: qꝛ cecus cũ essem / modo vi
deo Dixerũt ergo illi. Quid fecit
tibi aut quomõ aperuit tibi ocu
los. Rñdit eis. Dixi vobis iã:
et audistis. Quid iterũ vultis au
dire? Nũquid et vos vultis disci
puli eiꝰ fieri? Maledixerũt ergo
ei: ⁊ dixerũt. Tu discipulꝰ illius
scis: nos aũt moysi discipli sumꝰ
Nos scimus qꝛ moysi locutꝰ est
deꝰ: hunc aũt nescimus vnde sit
Rñdit ille homo: et dixit eis. In
hoc eñi mirabile est qꝛ vos nesci
tis vnde sit ⁊ aperuit ocl'os meos
Scimus aũt qꝛ pctõꝛes deus nõ
audit Sed si quis dei cultoꝛ est: ⁊
volũtatẽ eius facit: hũc exaudit.
A seculo nõ est auditũ: quia ape
ruit quis oculos ceci nati Nisi es
set hic a deo: non poterat facere
quicꝗ̃. Respõderunt ⁊ dixerunt
ei. In peccatis natus es totus: et
tu doces nos? Et eiecerũt euz fo
ras. Audiuit iesus qꝛ eiecerũt eũ
foras: ⁊ cũ inuenisset euz dixit ei.
Tu credis in filiũ dei? Respõdit
ille ⁊ dixit. Quis est dñe: vt credã
in eũ? Et dixit ei iesus. Et vidisti
eũ: ⁊ qui loquit tecũ ipse est. At il
le ait. Credo dñe. Et pcidẽs ado
rauit eũ. Offꝫ. Benedicite gẽtes do
minũ deum nostrum: et obaudite vocẽ
laudis eius qui posuit animã meã ad vi
tam: et non dedit cõmoueri pedes meos
benedictus dñs qui non amouit depreca
tionẽ meaz et miam suã a me. ℣. Jubi
late deo oĩs terra psalmũ dicite nomini
eius: date gliam laudi eius. Secreta.

Supplices te rogamus oṗs
deꝰ / vt his sacrificiis pctã
nostra mundẽtur: quia tũc verã
nobis tribuis ⁊ mẽtis ⁊ coꝛpoꝛis
sanitatẽ. Per d. Coio. Lutũ fecit
ex sputo dñs ⁊ liniuit oclos meos: et abii
et laui et vidi ⁊ credidi deo. Postcoio.

Sacramẽta q̃ sumpsimꝰ do
mine deus noster ⁊ spirita
libus nos istruãt alimẽtis: ⁊ coꝛ
poꝛalibus tueãtur auxiliis. Per.
Super populum. Oꝛatio.

Pateant aures mie tue dñe
precibus supplicãtiũ: et vt petẽ
tibus desiderata ꝯcedas: fac eos
que tibi placita sunt postulare.
Per dñm. Feria. v. Officium.

Letetur coꝛ q̃rentiũ do
minũ: q̃rite dñm ⁊ con
firmamini: q̃rite faciẽ
eius semper. ꝑs. Confitemini dño ⁊
inuocate nomẽ eiꝰ: annũciate iter gẽtes
opa eius. Resta Oꝛatio.

Pꝛesta q̃s oṗs deus: vt quos ieiu
nia votiua castigãt / ipa quoqꝫ de
uotio sctã letificet: vt terrenis af
fectibus mitigat: facilꝰ celestia
capiamꝰ. p. Lectõ libꝛi re. iiii. iiii.

In dicbꝰ illis: Uenit mulier
sunamitis ad helyseũ pphe
tam: i montem carmeli. Cũqꝫ vi
disset eã vir dei decõtra: ait ad gie
zi puerũ suũ Ecce sunamitis illa
Uade ergo in occursũ eiꝰ: ⁊ dic ei
Recte ne agitur circa te ⁊ circa vi
rum tuuz: ⁊ circa filiũ tuũ? Que
dixit ei. Recte. Cunqꝫ venisset ad
virũ dei i mõtem: appꝛehẽdit pe
des eius: Et accessit giezi vt amo

ueret eã. Et ait homo dei. Dimit te eã: aia em̃ eius i amaritudine est Et dñs celauit a me: ꝛ nõ indi cauit mihi. Que dixit illi. Nun- qd petiui filiũ a dño meo? Nun- quid non dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lum bos tuos: ꝛ tolle baculuz meum i manu tua: ꝛ vade. Si occurrerit tibi homo: nõ salutes eũ: ꝛ si salu tauerit te quispiã: nõ respõdeas illi: ꝛ pone baculũ meũ sup faciẽ pueri. Porro mater pueri ait Ui uit dñs: ꝛ viuit aia tua nõ dimit tam te. Surrexit ergo: ꝛ secutus est eã. Giezi autez precesserat eã cos ꝛ posuerat baculũ sup faciez pueri: et nõ erat vox neqꝫ sensus Reuersusqꝫ est giezi in occursum eius et nũciauit ei dicẽs. Nõ sur rexit puer. Ingressus ẽ ergo hely seus domum: ꝛ ecce puer mortuꝰ iacebat i lectulo eius. Ingressus qꝫ clausit ostium sup se ꝛ sup pue rum: ꝛ orauit ad dñm Et ascẽdit et incubuit super puer: posuitqꝫ os suũ sup os eius: ꝛ oculos suos super oculos eius: ꝛ manus suas sup manus eius: et incuruauit se super eũ: ꝛ calefacta est caro pue- ri At ille reuersus: deãbulauit in domo semel huc ꝛ illuc. Et ascen dit et icubuit sup puer: et oscita uit puer septies aperuitqꝫ oculos suos At ille vocauit giezi: ꝛ dixit ei. Uoca sunamitẽ hãc. Que vo cata ingressa est ad euz. Qui ait. Tolle filiuz tuũ. Uenit illa ꝛ cor ruit ad pedes eiꝰ et adorauit sup terrã. Tulitqꝫ filiũ suũ ꝛ egressa est: helyseꝰ vero reuersus est i gal gala. Grad. Respice dñe in testamen tũ tuum ꝛ aias pauperum tuoꝝ ne obli uiscaris in finẽ. V. Exurge dñe et iudi ca causam meã: memor esto opprobrii seruoꝝ tuorũ. Scdm iohannez. v.

In illo tpe: Dixit iesꝰ turbis iudeoꝝ. Pater meꝰ vsqꝫ mo do operatur: ꝛ ego operor. Propte rea ergo magis qrebãt eũ iudei i terficere: q: nõ solũ soluebat sab batuz: sed ꝛ patrẽ suũ dicebat de um: equalẽ se faciens deo Rñdit itaqꝫ iesus et dixit eis. Amẽ amẽ dico vobis: nõ potest a se filiꝰ fa cere quicqꝫ nisi qd viderit patrez faciẽtẽ Quecunqꝫ em̃ ille fecerit hec ꝛ filius similiter facit. Pater em̃ diligit filiuz ꝛ oia demõstrat ei q ipse facit. Et maiora his de- mõstrabit ei opa vt vos miremi- ni. Sicut em̃ pater suscitat mor- tuos ꝛ viuificat sic et filius quos vult viuificat Neqꝫ em̃ pater iu dicat quẽqꝫ: sꝫ oẽ iudiciũ dedit fi lio: vt oẽs honorificẽt filiũ sicut honorificãt patrẽ. Qui nõ hono rificat filiũ: non honorificat pa- trẽ qui misit illũ. Amẽ amẽ dico vobis: q: q verbũ meum audit ꝛ credit ei qui misit me: habet vitã eternã. Et in iudiciũ non venit: sed trãsiet a morte in vitã. Amẽ amẽ dico vobis: quia venit hora et nũc est quãdo mortui audient vocez filij dei: ꝛ qui audierint vi uent. Sicut em̃ pater habet vitã in semetipo: sic dedit et filio vitã habere in semetipo Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: quia filiꝰ

hois est. Nolite mirari hoc: qꝛ ve
nit hora in qua oēs qui in monu
mētis sunt audiēt vocē eius. Et
procedent q̄ bona fecerunt: in re
surrectionē vite. Qui vero mala
egerunt: i resurrectionē iudicij.
Offr. Dn̄e ad adiuuādum me festina
cōfundantur oēs q̄ cogitāt mihi mala.
V. Expectās expectaui dn̄m: et eduxit
me de lacu miserie ⁊ de luto fecis. Sec.

PUrifica nos misericors deꝰ
vt ecclesie tue p̄ces q̄ tibi gra
te sūt pia munera deferētes: fiāt
expiatꝰ mētibꝰ gratiores. Coio.
Dn̄e mēorabor iusticie tue soliꝰ deus do
cuisti me a iuuētute mea ⁊ vsqꝫ i senectā
et seniū deꝰ ne derelinquas me. Postcō.

CElestia dona capientibꝰ q̄s
dn̄e vt nō ad iudicium ꝑue
nire patiaris: qd̄ fidelibꝰ tuis re
mediū ꝓuidisti. p. Sup ppl'z orō

POpuli tui deꝰ institutor et
rector: pctā q̄bus ipugnaᵗ
expelle/ vt semp tibi placitus: et
tuo munimine sit securus. Per.

m Editatio Fer. vi. Offm.
cordis mei i cōspectu tuo sē
per dn̄e adiutor meꝰ ⁊ re-
demptor meꝰ. p̄s. Celi enarrāt glo
riā dei: et opa manuū eius annūciat fir
mamentū.

DEus qui Orō.
ineffabilibꝰ mūdū renouas
sacramentis: p̄sta q̄s: vt ecclesia
tua eternis ꝓficiat institutis: et
tp̄alibus nō destituatur auxilijs
Per. Lcō libri reguz. iij. xvij. ca.

IN diebꝰ illis. Egrotauit fi
lius mulieris matrisfamili
as: et erat lāguor fortissimus ita
vt nō remaneret i eo alitꝰ. Dixit
ergo ad helyā. Quid mihi et tibi
vir dei? Ingressus es ad me vt re
memorarentur iniq̄tates mee: ⁊
interficeres filiū meū? Et ait ad
eā helyas Da mihi filiū tuū. Tu
litqꝫ eū de sinu illiꝰ: ⁊ portauit eū
i cenaculū vbi ip̄e manebat: et
posuit eū sup lectum suum ⁊ cla
mauit ad dn̄m ⁊ dixit. Dn̄e deus
meꝰ: etiā ne viduā apud quā ego
vtcūqꝫ sustētor afflixisti vt iterfi
ceres filiū eiꝰ. Et expādit se atqꝫ
mensus est sup puer tribus vici-
bꝰ: Clamauitqꝫ ad dn̄z ⁊ ait. Do
mine deꝰ meus reuertatᵗ oro aīa
pueri huiꝰ in viscera eiꝰ. Exaudi
uit aūt dn̄s vocē helye: ⁊ reuersa
est aīa pueri itra eū ⁊ reuixit. Tu
litqꝫ helyas puer: ⁊ deposuit eū
de cenaculo in iferiorē domū et
tradidit illū matri sue ⁊ ait illi.
En viuit filiꝰ tuꝰ? Dixitqꝫ muli-
er ad helyā. Nunc i isto cognoui
qm̄ vir dei es tu: ⁊ v̄bū dn̄i in ore
tuo ver est. Gr. Bonū est cōfidere i
dn̄o q̄ cōfidere i hoie. V. Bonū est spare
in dn̄o: q̄ sperare i principibꝰ. Tractꝰ
Dn̄e nō secūdū. S. iohannē. xi. ca.

IN illo tp̄e: Erat quidā lan
guēs lazarus a bethania de
castello marie ⁊ marthe sororis eiꝰ
Maria aūt erat q̄ vnxit dn̄m vn
guēto: et extersit pedes eiꝰ capil-
lis suis: cuiꝰ frater lazarus infir
mabatᵗ. Miserūt ergo sorores eiꝰ
ad eum: dicētes. Dn̄e: ecce quem
amas ifirmatur. Audiēs autē ie
sus: dixit eis. Infirmitas hec nō
ē ad mortē: sed ꝓ glīa dei: vt glo-
rificetᵗ filiꝰ dei per eā. Diligebat

autē iesus marthā: ⁊ sororē eius
mariā ⁊ lazarū. Ut ergo audiuit
q2 īfirmabat: tunc quidē mansit
in eodē loco duobus dieb⁹ Deide
post hec: dixit discipulis suis. Ea
m⁹ i iudeā iterū Dicūt ei discipl'i
Rabbi nunc q̄rebāt te iudei lapi
dare: ⁊ iterū vadis illuc? Respon
dit iesus. Nōne duodeci sūt hore
diei? Si quis ābulauerit i die nō
offēdit: q2 lucē hui⁹ mundi videt
Si aūt ambulauerit i nocte offē
dit: q2 lux nō est i eo. Hec ait ⁊ post
hec dicit eis Lazar⁹ amic⁹ nr̄ dor
mit: sed vado vt a sōno excitē eū
Dixerūt ergo discipuli ei⁹ Dn̄e: si
dormit salu⁹ erit. Dixerat aūt ie
sus de morte ei⁹ illi aūt putauerūt
q2 de dormitōe sōni diceret Tūc
ergo dixit eis ies⁹ manifeste. La
zar⁹ mortu⁹ est: ⁊ gaudeo ꝓpter
vos vt credatis qm̄ nō eram ibi:
sed eamus ad eū. Dixit ergo tho
mas q̄ dicit didim⁹ ad cōdiscipu
los. Eam⁹ ⁊ nos: ⁊ moriamur cū
eo Uenit itaq3 ies⁹: ⁊ iuenit eum
quattuor dies iā i monumēto ha
bentē. Erat autē bethania iuxta
hierosolimā q̄si stadijs quindeci
Multi autē ex iudeis venerāt ad
marthā ⁊ mariam: vt ꝯsolarent
eas de fratre suo Martha ergo vt
audiuit q2 ies⁹ veit: occurrit illi.
Maria autē domi sedebat. Dixit
ergo martha ad iesū. Dn̄e si fuis
ses hic: frat me⁹ nō fuiss3 mortu⁹
S3 ⁊ nūc scio: q2 q̄cūq3 poposce
ris a deo dabit tibi de⁹. Dicit illi
iesus. Resurget frater tu⁹. Dixit
ei martha. Scio q2 resurget in re
surrectiōe: i nouissimo die. Dicit
ei ies⁹. Ego sū resurrectio ⁊ vita.
Qui credit i me etiā si mortu⁹ fu
erit viuet Et oīs q̄ viuit ⁊ credit
i me: nō morietur i eternū. Credis
hoc? Ait illi Utiq3 dn̄e Ego credi
di q2 tu es xp̄s fili⁹ dei: q̄ i hūc mū
dū venisti. et cū hoc dixisset abijt
⁊ vocauit mariā sororē sua3 silē
tio dicēs. Magister adest ⁊ vocat
te Jlla vt audiuit surrexit cito: ⁊
venit ad eū. Nōdū eñ venerat
ies⁹ i castellū: s3 erat adhuc in illo
loco vbi occurrerat ei martha.
Judei ergo q̄ erāt cū ea i domo ⁊
ꝯsolabant eā cū vidissēt mariā
q2 cito surrexit ⁊ exijt: secuti sunt
eā dicētes: q2 vadit ad monumē
tū vt ploret ibi. Maria ergo cū ve
nisset vbi erat iesus vidēs eū ceci
dit ad pedes ei⁹: ⁊ dixit ei. Dn̄e: si
fuisses hic: nō esset mortu⁹ frater
me⁹. Jesus ergo vt vidit eā plo
rantē: ⁊ iudeos q̄ venerāt cu3 ea
plorantes īfremuit sp̄ū: ⁊ turba
uit semetip3 ⁊ dixit. Ubi posuist
eū? Dicūt ei. Dn̄e: veni ⁊ vide Et
lachrymat⁹ est iesus Dixerunt er
go iudei Ecce quomō amabat eū.
Quidā autē ex ipsis dixerūt. Nō
poterat hic q̄ apuit oc'los ceci na
ti facere: vt ⁊ hic nō moreret? Je
s⁹ ergo rursū fremēs i semetipo
venit ad monumētu3. Erat au
tē spelūca: ⁊ lapis supposit⁹ erat
ei. Ait ies⁹. Tollite lapidē. Dicit
ei martha: soror ei⁹ qui mortuus
fuerat. Dn̄e: iā fetet q̄triduanus
eñ est. Dicit ei iesus. Nōne dixi
tibi: qm̄ si credideris videbis glo

riam dei? Tulerunt ergo lapidē
Jesus aūt eleuat⁹ sursum oculis
in celū: dixit Pater grās ago tibi
qm̄ audisti me Ego aūt sciebā q2
semp me audis: sed ꝑpter popu
lum q̄ circūstat dixi / vt credāt q2
tu me misisti. Hec cū dixiss3 voce
magna clamauit. Lazare veni
foras. Et statim prodijt q̄ fuerat
mortu⁹: ligat⁹ pedes ⁊ manib⁹ i
stitis: ⁊ facies illi⁹ sudario erat li
gata. Dicit eis iesus. Soluite eū
⁊ sinite abire. Multi ergo ex iude
is q̄ venerāt ad mariā ⁊ marthā
⁊ viderāt q̄ fecit crediderūt in eū
Offr. Pplm̄ humilē saluū facies dn̄e:
et oculos supborū humiliabis qm̄ q̄s deus
preter te dn̄e. ℣. Clamor meus in cōspe
ctu eius introiuit i aures eius. Secreta
Munera nos q̄s dn̄e oblata
purificēt: ⁊ te nobis iugiter
faciāt esse placatū. Per. d. Coio.
Uidēs dn̄s flētes sorores lazari ad mo
numētum: lacrimatus est coram iudeis
et clamabat lazare veni foras: et prodijt
ligatis manibus et pedib⁹ q̄ fuerat qua
triduanus mortuus. Post coio
Hec nos q̄s dn̄e participatio
sacramēti: ⁊ a ꝓprijs reatibus in
desinēter expediat: ⁊ ab oib⁹ tuea
tur aduersis. p. Sup pplm̄. oro.
Da q̄s ops deus / vt qui infir
mitatis nr̄e cōscij de tua pi
etate cōfidimus: sub tua sēper ꝓ
tectione gaudeamus. Per dn̄m.
Sitiētes Sabbato. Offm̄.
venite ad aquas dicit dn̄s
et qui nō habet⁊ preciū ve
nite ⁊ bibite cū leticia. ps. Attēdi
te popule meus legē meā: iclinate aurē
vestraꝝ in verba oris mei. Oratio.
Fiat q̄s dn̄e per gratiā tuā
fructuos⁹ nostre deuotiōis
affectus: q2 tūc nobis ꝓderūt su
scepta ieiunia si tue sint placita
pietati. p. d. Lcō ysaie pphe. xlix.
Hec dicit dn̄s de⁹: In tēpore
placito exaudiui te: et i die
salutis auxiliat⁹ sū tui. Et serua
ui te: ⁊ dedi te i fed⁹ populi: vt su
scitares terrā: et possideres here
ditates dissipatas. vt diceres eis
q̄ vincti sūt: exite / ⁊ his q̄ in tene
bris reuelamini. Sup vias pascē
tur: ⁊ in oib⁹ planis pascua eoꝝ.
Non esurient neq3 sitient: et nō
percutiet eos estus ⁊ sol: q2 mise
rator eoꝝ reget eos: et ad fōtes a
quarū potabit eos. Et ponā oēs
mōtes meos in viā: ⁊ semite mee
exaltabūtur Ecce isti de longe ve
niēt: ⁊ ecce illi ab aquilone et ma
ri / ⁊ isti de terra australi. Lauda
te celi ⁊ exultet terra: iubilate mō
tes laudē: q2 consolat⁹ est dn̄s po
pulū suū: ⁊ pauperū suoꝝ misere
bitur. Et dixit syō. Dereliqt me
dn̄s: et dn̄s oblit⁹ est mei. Nūqd
obliuisci potest mulier īfantē su
um: vt nō misereat filio vteri sui
Et si illa oblita fuerit: ego tamē
nō obliuiscar tui. Dicit dn̄s ops.
Grad. Tibi dn̄e derelictus est paup pu
pillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid dn̄e re
cessisti longe despicis i oportunitatibus
in tribulatiōe: dū supbit ipius incendit
paup. Secūdū iohān̄e. viij. cap.
In illo tpe: dicebat iesus tur
bis iudeoꝝ. Ego sū lux mū
di. Qui sequit me: non ambulat

in tenebris: sz habebit lumē vite Dixerunt ergo ei pharisei Tu de teipso testimoniū phibes: testioni um tuū nō est ver. Rñdit iesus: et dixit eis. Et si ego testimoniuz perhibeo de meipso: veruz est testi moniuz meum q2 scio vnde veni et quo vado. Uos autē nescit' vn de venio aut quo vado. Uos secū dū carnē iudicat': ego nō iudico quē. Et si iudico ego iudicium meū ver est: q2 solus nō sum: sed ego et q misit me pater. Et i lege vrā scriptū est: q2 duor hoiz testi moniū verū est. Ego suz q testio niū phibeo de meipso: et testioniū phibet de me q misit me pat. Di cebāt ergo iudei Ubi est pater tu us? Respōdit ies'. Neqz me scit; neqz patrem meuz. Si me sciret; forsitā et patrē meuz sciretis Hec verba locut' est iesus in gazophi latio: docens i templo. Et nemo apphendit euz: q2 nōdū venerat hora eius. Offr. Factus est dñs fir mamentū meū et refugiū meū et libera tor meus sperabo in eū. V. Persequar ini micos meos et cōprehendam illos et nō cōuertar: donec deficiant. Secreta.

Oblationib' nostris q̄s dñe placare suscept': et ad te no stras etiā rebelles cōpelle ppici' volūtates. per d. Coio. Dñs regit me et nihil mihi deerit: i loco pascue ibi me collocauit sup aquā refectiōis educa

Ua nos Postcoio. (uit me. q̄s dñe que sūpsim' sancta purificent: et opationis sue reme dio te nobis faciant esse placatū Per. Super populum. Oratio.

Deus q sperātibus in te mi sereri poti' eligis q̄ irasci: da nobis digne flere mala q feci mus: vt tue cōsolatōis grām in uenire valeam'. Per. Dñica in

Iudica me passiōe. Off. de' et discerne causā meā de gente nō sctā ab hoie iniquo et doloso eripe me q2 tu es deus meus et fortitudo mea. Ps. Emitte lucē tuā et veritatē tuā: ipa me deduxerūt et adduxerūt in mōtem sctm tuū et in tabernacula tua. Ab hac die vsqz ad pascha non dr. Glia patri. Post offm ad missaz de tpali: nisi tātum i die cene qn eps celebrat.

Quesum' omps deus Oro. familiā tuā ppicius respi ce: vt te largiēte regat i corpore: et te seruāte custodiat in mēte. p.

Fratres: Ad hebreos .ix. Christus assistens pontifex futuror bonor: per āpli' et per fecti' tabernaculū non manufa ctum id est nō hui' creatōis neqz p sanguinez hircor aut vitulor sed p ppriuz sanguinem introiuit semel in sctā eterna redemptiōe inuēta Si eīn sāguis hircor aut tauror et cinis vitule aspsus inq natos sctificat ad emundatiōez carnis: quāto mag' sāguis xpi q p spm sctm semetipm obtulit i maculatuz deo: emūdauit cōsciē tiā nrām a b opib' mortis ad ser uiendū deo viuēti? Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedēte i redēptionez earum puaricationuz q erant sub priori testamēto / remissionez accipiāt q

vocati sunt eterne hereditatis.
In xp̄o iesu dño nr̄o. Grad. Eripe
me dñe de inimicis meis doce me facere
volūtatē tuā. V. Liberator me⁹ dñe de
gētib⁹ iracundis ab insurgētibus in me
exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
Tract⁹. Sepe expugnauerunt me a
iuuētute mea. V. Dicat nūc israel: sepe
expugnauerūt me a iuuentute mea. V.
Etenim non potuerūt mihi: supra dorsū
meū fabricauerūt pctōres. V. Prolōga
uerūt iniq̄tatē sibi: dn̄s iust⁹ cōcidet cer
uices pctōꝝ. Scd̄ȝ iohēm. viii. ca.

In illo tp̄e: dicebat iesus tur
bis iudeoꝝ ꝛ principibus sa
cerdotuȝ. Quis ex vobis arguet
me de pctō? Si veritatē dico: q̄re
vos nō creditis mihi? Qui est ex
deo: verba dei audit. Propterea
vos nō audit: q2 ex deo nō estis.
Rn̄derunt igit̄ iudei: ꝛ dixer̄t ei.
Nōne bene dicim⁹ nos: q2 sama
ritan⁹ es tu ꝛ demonium habes?
Rn̄dit ies⁹ Ego demoniū nō ha
beo: sed honorifico patrē meū: ꝛ
vos ihonorastis me Ego aūt nō
quero glīam meā: ē q̄ q̄rat ꝛ iudi
cet. Amē amē dico vob: si q̄s ser
monē meum seruauerit: morteȝ
nō videbit i eternū. Dixerunt er
go iudei. Nūc cognouim⁹: q2 de
moniū habes. Abrahā mortu⁹ ē
et pphete: ꝛ tu dicis / si q̄s sermo
nē meuȝ seruauerit: mortē nō gu
stabit i eternū. Nunq̄d tu maior
es patre nr̄o abrahā: q mortu⁹ ē?
Et pphete mortui sunt. Quē te
ipsum facis? Respōdit iesus. Si
ego glifico meipsuȝ: glīa mea ni
hil est. Est pater me⁹ qui glificat
me quē vos dicit: q2 de⁹ vester ē
ꝛ nō cognouist cū. Ego autē no
ui eū Et si dixero q2 nō scio eum:
ero similis vobis mēdax. Sȝ scio
cuȝ ꝛ sermonē ei⁹ seruo. Abrahā
pater vester exultauit vt videret
diē meū: ꝛ vidit ꝛ gauisus est. Di
xerūt ergo iudei ad cuȝ. Quinqua
ginta ānos nondū habes: ꝛ abra
hā vidisti? Dixit eis iesus. Amen
amē dico vobis: añq̄ abrahā fie
ret ego suȝ. Tuler̄t ergo lapides:
vt iacerēt in cuȝ. Ies⁹ autē abscō
dit se: ꝛ exiuit de tēplo. Offr. Cō
fitebor tibi dñe i toto corde me retribue
seruo tuo et viuā et custodiā sermones
tuos viuificabis me scd̄ȝ verbū tuū dñe

Hostias fideliū tuoꝝ Sec.
oīps de⁹ ppicius intuere: ꝛ
ꝯcede ne cathena huius seculi ca
ptiuos teneat: quos passiōe filij
tui in oībus liberos esse voluisti.
Qui te. Prefatio quotid. Hac die
dū sacerdos se cōicat cātetur hec
coio. Hoc corpus qd̄ p vobis tradetur
hic calix noui testamēti est i meo sāgui
ne dicit dn̄s: hoc facite quotiēscūq̄ sumi
tis i meā cōmemoratione. Post coio.

Adesto nobis q̄s dñe deus no
ster: ꝛ quos tuis mysterijs re
creasti: perpetuis defēde p̄sidijs.
Per do. Feria scd̄a. Officium.

m Miserere mihi dñe qm̄ cō
culcauit me hō tota die
bellās tribulauit me. Ps.
Cōculcauerūt me inimici mei tota die:
qm̄ multi bellātes aduersuȝ me. Orō.

Sanctifica q̄s dñe nr̄a ieiu
nia: ꝛ cūctaꝝ nobis propi
cius indulgētiā largire culpaꝝ.

Per do. Lcõ ione pphete.iii.ca.

In dieb⁹ illis: Factũ est verbum dñi ad ionã pphetã secundo: dicẽs. Surge ⁊ vade i niniue ciuitatẽ magnã: ⁊ predica in ea pdicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit ionas ⁊ abijt in niniuẽ: iuxta verbũ dñi. ⁊ niniue erat ciuitas magna: itinere dierũ triũ Et cepit ionas introire in ciuitatẽ itinere diei vni⁹: et clamauit ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies: ⁊ niniue subuertetur Et crediderũt viri niniuite i dño: ⁊ predicauerũt ieiuniũ: ⁊ vestiti sũt saccis a maiore vsqȝ ad minorẽ. Et puenit verbum ad regẽ niniue ⁊ surrexit de solio suo: ⁊ abiecit vestimentũ suũ a se: ⁊ indut⁹ est sacco / ⁊ sedit i cinere: ⁊ clamauit ⁊ dixit In niniue ex ore reg ⁊ principũ ei⁹ dicẽs. Hoies ⁊ iumẽta et boues ⁊ pecora nõ gustent quicq̃ nec pascãtur: ⁊ aquã nõ bibãt: ⁊ operiant saccis hoies ⁊ iumẽta clament ad deũ i fortitudine. Et cõuertat vir a via sua mala: ⁊ ab iniqtate q̃ est in manibus eor. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus: ⁊ reuertat a furore ire sue ⁊ nõ peribim⁹. Et vidit de⁹ opa eor: q: ꝯuersi sunt de via sua mala. Et misert⁹ est deus sup maliciã quã locut⁹ fuerat / vt faceret eis: ⁊ nõ fecit Et misert⁹ est populo suo: dñs de⁹ noster. Gr. Deus exaudi orationẽ meã aurib⁹ percipe verba oris mei. ℣. Deus i noĩe tuo saluũ me fac: ⁊ in virtute tua iudica me Tract⁹. Dñe nõ se. S. iohẽm vii.

In illo tpe: miserunt principes ⁊ pharisei ministros: vt apprehẽderẽt iesũ Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicuȝ tẽpus vobiscũ sum: ⁊ vado ad euȝ q̃ misit me Queretis me ⁊ nõ inuenietis: et vbi suȝ ego vos nõ potestis venire. Dixerũt ergo iudei ad semetipsos Quo hic iturus est: q: nõ inueniem⁹ eum? Nunqd in dispersionẽ gẽtiuȝ iturus est ⁊ doctur⁹ gẽtes? Quis est hic sermo quẽ dixit: queretis me ⁊ nõ iuenietis / et vbi suȝ ego vos nõ potestis venire. In nouissimo aũt die magno festiuitatis stabat iesus ⁊ clamabat dicens. Si q̃s sitit: veniat ad me et bibat Qui credit i me sicut dicit scriptura: flumia de ventre ei⁹ fluent aque viue. Hoc autẽ dixit de spiritu quẽ accepturi erãt: credentes i euȝ. Offr. Dñe cõuerte ⁊ eripe aĩam meã: saluũ me fac ppter miam tuã. ℣. Dñe ne i ira tua arguas me: neqȝ i furore tuo corripias me. Se.

Sacrificium laudis de perceptione tuor dñe deferim⁹ presidiorum: quesumus vt percipiẽda securius veriusqȝ sumam⁹ Per dominuȝ. Coio Domin⁹ virtutum ipse est rex glorie. Postcoio.

Sacramẽti tui domine que sum⁹ participatio salutaris / ⁊ purificationem nobis pbeat ⁊ medelam. Per dominum nostrum. Super populũ. Oratio.

Da q̃s dñe populo tuo spiritũ veritatis ⁊ pacis: vt te tota mẽte cognoscat: et q̃ tibi placita sunt pia deuotione exerceat.

Per eiusdē spi. ¶ Feria.iii: Offm.

Expecta dn̄m viriliter age et cōfortet̄ cor tuū: & sustine dn̄m. ps. Dn̄s illuminatio mea et salus mea quē timebo. Orō

Nostra tibi q̄s dn̄e sint accepta ieiunia: que nos expiādo grā tua dignos efficiāt: & ad remedia pducāt eterna. p. d. Lectō danielis prophete. xiiii.ca.

In diebus illis: Cōgregati sunt babilonii ad regē: & dixerūt ei. Trade nobis danielē q̄ bel destruxit: & draconē iterfecit. Alioquin iterficiem⁹ te: et domū tuā. Uidit ergo rex q̄ irruerēt i eū vehemēter: et necessitate cōpulsus tradidit eis danielē. Qui miserūt eū in lacū leonum: et erat ibi sex dieb⁹. Porro in lacu erāt leones septē: & dabātur eis quotidie duo corpora & due oues. Et tūc nō data sunt eis: vt deuorarēt danielē. Erat aūt abacuch ppheta in iudea: & ipse coxerat pulmētum & intriuerat panes in alueolo: & ibat in cāpum vt ferret messorib⁹. Dixitq̄ angel⁹ dn̄i ad abacuch. Fer prādiū quod habes in babylonē danieli: q̄ est in lacu leonū. Et dixit abacuch. Dn̄e: babilonē nō vidi: & lacū nescio. Et apprehendit eū angelus dn̄i in vertice eius: & portauit eū capillo capit⁹ sui: posuitq̄ eū in babilonē sup lacum i ipetu spūs sui. Et clamauit abacuch: dicēs. Daniel serue dei: tolle prādiū qd̄ misit tibi de⁹. Et ait daniel. Recordatus enim es mei dn̄e deus meus: & nō dereliquisti diligentes te. Surgēsq̄ daniel: comedit. Porro angel⁹ dn̄i restituit abacuch ꝯfestim in loco suo. Uenit ergo rex die septio: vt lugeret danielē Et venit ad lacū & introspexit: & ecce daniel sedēs in medio leonū. Et exclamauit rex voce magna: dicēs. Magnus es dn̄e de⁹ danielis. Et extraxit eū de lacu. Illos aūt qui perditiōis eius causa fuerāt itromisit in lacū: & deuorati sunt i momēto coram eo. Tūc rex ait. Paueāt omnes habitātes in vniuersa terra deū danielis: q̄z ipse est liberator & saluator: faciēs signa & mirabilia in celo / & in terra. Qui liberauit danielē: de lacu leonū. Grad.

Discerne causā meā dn̄e: ab hoīe iniquo & doloso eripe me. V. Emitte lucē tuā & veritatē tuā ipa me deduxerūt: et adduxerūt in montē sctm̄ tuū. Sc̄e. io. vii.

In illo tp̄e: Ambulabat ies⁹ in galileā. Nō em̄ volebat in iudeā ambulare: q̄z q̄rebant eum iudei iterficere Erat aūt in proximo dies festus iudeor: scenophegia. Dixerūt ergo ad eū frēs eius. Transi hinc & vade in iudeam / vt & discipli tui videant opa tua que facis. Nemo q̄ppe in occulto q̄d facit: et querit ipse i palam esse. Si hec facis: manifesta teipm̄ mūdo. Neq̄ em̄ frēs eius credebāt in eū. Dicit ergo eis iesus. Tēpus meū nōdū aduenit tēpus autē vestrū semp ē paratū Nō potest mundus odisse vos / me autē odit: q̄z ego testimoniū perhibeo de illo: q̄z opa eius ma-

la sunt Uos ascēdite ad diē festū hunc: ego autē nō ascēdam ad di em festu istum: q2 tp̄s meū nōdū impletū est. Hec cum dixisset: ip̄e mãsit i galilea. Ut autē ascende runt fratres ei⁹/ tunc ⁊ ip̄e ascen dit ad diē festū nō manifeste: sed quasi i occulto Judei autē quere bãt eu3 i die festo: ⁊ dicebãt. Ubi ē ille? Et murmur mult⁹ erat de eo i turba. Quidã eni dicebãt: q2 bonus est: alij autem dicebãt nō sed seducit turbas. Nemo tamē palã loquebat de illo: ppter me tum iudeo2. Offr. Sperēt i te oēs qui nouerūt nomen tuū dn̄e: qm̄ non de reliquis querētes te: psallite dn̄o qui ha bitat in syon/ qm̄ nō est oblit⁹ oratione pauperū. ℣. Sedes sup thronū qui iudi cas equitatē icrepasti gētes et periit im pius iudicare populū cū iusticia et fact⁹ es refugiū pauperū. Secreta. Hostias tibi dn̄e deferimus imolandas: q̄ tp̄alem cōsolatio nem ipendant: vt pmissa certi⁹ nō desperemus eterna. Per do. Coio. Redime deus israel ex oib⁹ an gustiis meis. Postcō. Da q̄s oīps deus: vt q̄ diuina sunt iugiter exequētes: donis merea mur celestib⁹ ppinquare. Per d. Da nobis Sup pplm̄. Orō. dn̄e q̄s pseuerantē i tua vo luntate famulatum: vt in dieb⁹ nr̄is et numero ⁊ merito popul⁹ tibi seruiens augeatur. Per do. Iberato2 Fe. iiij. Offīn me⁹ de gētibus iracūdis ab isurgētib⁹ in me exal tabis me: a viro iiquo eripies me dn̄e ps. Diligã te dn̄e fortitudo mea dn̄s firmamentū meū et refugiū meū. Non dicit vlterius. Orō. Sanctificato hoc ieiunio de us tuo2 corda fideliū miserato2 illustra: ⁊ q̄b⁹ deuotiōis p̄stas af fectu3/ prebe supplicãtib⁹ pium benign⁹ auditu3. p do. Lcō libri leuitici. xix. In dieb⁹ illis: Locutus est dn̄s ad moysē: dicēs. Loq̄re ad vniuersū cetū fi lio2 isrl̄: ⁊ dices ad eos. Ego dn̄s de⁹ vester. Nō facietˀ furtu3 nō mētiemi: nec decipiet vnusq̄sq3 primum suum. Nō piurabis in noie meo: nec pollues nomē dei tui: ego dn̄s Nō facies calūniam p2orio tuo: nec vi opp2imes eum Nō mo2abit opus mercennarij tui apō te vsq3 mane Nō maledi ces surdo: nec corã ceco pones of fēdiculū: sed timebis dn̄3 deū tu um; q2 ego suū dn̄s Nō facies q̄d iniquu3 est: nec iniuste iudicabis Nō ↄsideres psona3 paupis: nec hono2es vultū potentˀ. Juste iu dica p2orio tuo. Nō eris crimia to2: nec susurro i ppl̄is. Nō stab̄ ↄtra sãguinē pximi tui: ego dn̄s Nō oderˀ frēm tuū in corde tuo: sed publice argue eū: vt nō habe as sup illo pctm̄ Nō q̄res vltiōe3 inimico2: nec mēo2 eris iniurie ci uiu3 tuo2 Diliges amicu3 tuū: si cut teip̄m. Ego dn̄s Leges meas custodite. Ego sū: dn̄s de⁹ vester Gr. Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Dn̄e deus me⁹ clamaui ad te et sanasti me dn̄e abstraxisti ab iferis aiam meã

saluasti me a descēdētib⁹ in lacū. Tractus. De necessitatib⁹. S. iohēm. x.

IN illo tpe: Facta sunt encenia i hierosolimis: ⁊ hyems erat. Et ābulabat iesus i tēplo: i porticu salomonis. Circūdederūt ergo eū iudei: ⁊ dicebāt ei. Quousq3 aiam nrām tollis? Si tu es christ⁹: dic nobis palam? Rñdit eis iesus Loquor vobis: ⁊ nō creditis. Opa q̄ ego facio in noie patris mei: hec testimoniū phibent de me Sed vos nō creditis: q2 nō estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocem meā audiūt: ⁊ ego cognosco eas / ⁊ sequunt̄ me. Et ego vitā eternā do eis: ⁊ nō peribūt i eternū: ⁊ nō rapiet eas q̄sq̄ de manu mea. Pater me⁹ qd dedit michi mai⁹ oibus est: ⁊ nemo potest rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnū sum⁹. Sustulerūt lapides iudei: vt lapidarēt eum. Rñdit eis ies⁹. Multa bona opa ostēdi vobis ex prē meo: ppt qd eor opus me lapidat̄? Rñderunt ei iudei. De bono ope nō lapidam⁹ te: sed de blasphemia. et q2 tu homo cū sis: facis teipm deum. Rñdit eis iesus. Nōne scriptum ē in lege: q2 ego dixi dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei fact⁹ est ⁊ nō potest solui scriptura: quē prī sctificauit ⁊ misit in mundū / vos dicitis q2 blasphemas q2 dixi fili⁹ dei sū. Si nō facio opa pris mei nolite credere michi Si aūt facio: ⁊ si michi nō vultis credere: opib⁹ credite: vt cognoscatis ⁊ credatis / q2 pater in me est: ⁊ ego i patre. Offer. Eripe me de inimicis meis deus me⁹: et ab insurgētib⁹ i me libera me dñe. V̄. Qr ecce ceperūt aiam meā: ⁊ irruerūt in me fortes.

ANnue q̄s nobis mi Secreta. sericors de⁹: vt hostias placatiōis ⁊ laudis sincero tibi deferam⁹ obsequio. p. Coio. Lauabo inter innocētes man⁹ meas: et circuibo altare tuū dñe / vt audiā vocē laudis tue vt enarrē vniuersa mirabilia tua. Post

CElestis doni bñdictio coio nē pcepta supplices te deus oīs depcamur: vt hoc idē nobis ⁊ sacramēti causa sit ⁊ salutis. p.

ADueniat Sup ppl'm. Oro. q̄s dñe mia sperata supplicibus: ⁊ eis celesti munificētia tribuat / quaten⁹ et recte petēda postulēt: ⁊ postulata pcipiant. p. d.

Omnia q̄ feci Fer. v. offm. sti nobis dñe in vero iudicio fecisti: q2 peccauim⁹ tibi: ⁊ mādatis tuis nō obediuim⁹ sed da glīam noi tuo / ⁊ fac nobis cū scdm multitudinē mie tue. ps. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis: i ciuitate dei nrī in mōte scō ei⁹. Orō.

PResta q̄s oīs de⁹: vt dignitas cōditionis hūane p imoderātiā sauciata: medicinalis parsimonie studio reformet. p d. Lcō

IN dieb⁹ il daniel' pphē. iii. lis Orauit daniel dicēs dñe de⁹ ne despicias ppl'm tuū neq3 auferas miam tuā a nobis: ppt abrahā dilectū tuū ⁊ isaac seruū tuū: ⁊ isrl' sctm̄ tuū / q̄b⁹ locut⁹ es pollicēs: q mltiplicares semē eorū sicut stellas celi: ⁊ sicut arenā

que est i littore mar'. Qr dñe imi
nuti sum⁹ plus q̄ oēs gentes: su-
musq̄ huiles i vniuersa terra ho
die ꝑpter pctā nr̄a Et nō est i tp̄e
hoc p̄riceps ⁊ ꝓpheta ⁊ dux: neq̄
olocaustū neq̄ sacrificium: neq̄
oblatio: neq̄ icensū: neq̄ locus
p̄mitiar̄ corā te: vt possim⁹ iue
nire miam: sed i aio ꝯtrito ⁊ spū
huilitatis suscipiamur Sicut in
olocaustū arietum ⁊ tauror̄: ⁊ si
cut i milib⁹ agnor̄ piguiū: sic fi
at sacrificiū nr̄m in ꝯspectu tuo
hodie vt placeat tibi: qr nō est ꝯfu
sio ꝯfidētibus i te. Et nūc dñe se
quimur i toto corde ⁊ timem⁹ te
et q̄rimus faciē tuam. Ne cōfun
das nos: sz fac nobiscū iuxta mā
suetudinē tuam: ⁊ scd̄m multitu
dinē mie tue: ⁊ erue nos i mirabi
lib⁹ tuis ⁊ da gl'iam noi tuo dñe
Et ꝯfundant oēs q̄ ostēdunt ser-
uis tuis mala. Cōfundant in oi-
potentia: ⁊ robur eor̄ ꝯterat. Et
sciant qr tu es dñs de⁹ sol⁹: ⁊ glo
sus sup omnem terrā: dñs deus
nr̄. Gr. Tollite hostias et introite in
atria ei⁹ adorate dñm i aula sctā ei⁹. V
Reuelauit dñs condensa: ⁊ in tēplo eius
oēs dicēt gl'iaz. Sc̄dm iohem. vii.
In illo tp̄e Cum audissent q̄
dam de turba sermōes iesu: dice-
bāt. Hic est vere ꝓphā. Alii dice-
bāt / hic ē xp̄s Quidā aūt dicebāt
Nunq̄d a galilea xp̄s venit? Nō
ne scriptura dicit: qr ex semie da
uid ⁊ de bethleez castello vbi erat
dauid ventur⁹ est xp̄s? Dissensio
itaq̄ facta est i turba ꝓpter eum
Quidaz aūt ex ip̄is volebant ap
p̄hendere eū: sz nemo misit sup il
luz man⁹. Venerūt ergo ministri ad
pōtifices ⁊ phariseos: ⁊ dixerūt eis
illi Quare nō adduxist' eū? Rn̄-
derunt ministri. Nunq̄ sic locut⁹
ē homo sicut hic hō loq̄tur Rn̄de
runt ergo eis pharisei. Nunq̄d ⁊
vos seducti est'? Nunq̄d aliq̄s ex
p̄ricipib⁹ credidit in eum: aut ex
phariseis? Sz turba hec q̄ nō no-
uit legē: maledicti sūt Dicit nico
dem⁹ ad eos: ille q̄ venit ad eū no
cte: q̄ vn⁹ erat ex ip̄is Nunq̄d lex
nr̄a iudicat hoiem: nisi audierit
ab ipso p̄ri⁹: ⁊ cognouerit q̄d faci
at? Rn̄derunt ⁊ dixerūt ei. Nun
quid et tu galileus es? Scrutare
scripturas: ⁊ vide qr ꝓphā a gali
lea nō surgit Et reuersi sūt: vnus
quisq̄ in domū suā. Offr. Super
flumina babilonis illic sedim⁹ ⁊ fleuim⁹: dū
recordaremur tui syō. V Memēto dñe
filior̄ edom i die ierl'm. Sec.
Dñe deus nr̄ q̄ in his potius
creaturis quas ad fragilitat' nr̄e
subsidiū cōdidisti: tuo quoq̄ noi
munera iussisti dicanda cōstitui
tribue q̄s: vt ⁊ vite nobis p̄ñtis
auxiliū: ⁊ eternitat' efficiāt sacra-
mētū. p d. Coio. Memēto ṽbi tui ser
uo tuo dñe i quo michi spē dedisti hec me
consolata est i huilitate mea. Post coio.
Quod ore sūpsim⁹ dñe
pura mēte capiam⁹: ⁊ de munere
tp̄ali fiat nobis remediū sēpiter
nū. p. Sup pplz or.
Esto q̄s dñe plebi tue ꝓpici⁹: vt q̄ ti
bi nō placēt respuēs: tuor̄ poti⁹
repleat delectationib⁹ mādato-
rum. Per d. ¶ Feria. vi. Offm.

m Iserere michi dñe qm̄ tribulor: libera me et eripe me de manib⁹ inimicorū meorū: ꝛ a ꝑsequētib⁹ me dñe nō ↄfundar: qm̄ inuocaui te. Ps. In te dñe speraui nō ↄfūdar i eternū: in iusticia tua libera me. Oratio.

Cordib⁹ nr̄is q̄s dñe auxiliū grē tue benign⁹ infunde: vt pctā nrā castigatiōe volūtaria cohibētes: tēporalit potiꝰ maceremur: q̄ſ suppliciis deputemur eternis. p do.

Le. hie. pphē. xvii. In dieb⁹ illis: Dixit hieremias. Dñe oēs q̄ te derelinquūt: ↄfundent̄. Recedētes a te i t̄ra scribent̄: qm̄ derelinquerunt venā aquar̄ viuētiū dñz. Sana me dñe ꝛ sanabor: saluū me fac ꝛ salu⁹ ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ipi dicūt ad me. Ubi ē ỽbuz dñi? Ueniat. Et ego nō suz turbat⁹ te pastorē sequēs. et diē hoīs nō desideraui tu scis. Qd̄ egressum ē de labiis meis: rectuz i ↄspectu tuo fuit Nō sis michi tu formidini: spes mea tu in die afflictiōis. Cōfundant̄ q̄ me ꝑsequunt̄: ꝛ nō cōfūdar ego. Paueāt illi: ꝛ nō paueā ego. Induc sup eos diē afflictōis: ꝛ duplici cōtritione cōtere eos dñe deus nr̄.

Gr. Pacifice loq̄bāt michi īimici mei et in ira molesti erāt michi. V. Uidisti dñe de⁹ me⁹ ne sileas ne discedas a me.

Tract⁹. Dñe nō scdz. S. iohēni. xi.

In illo tpē: Collegerūt pōtifices ꝛ pharisei ↄsiliū aduersus iesuz ꝛ dicebāt. Quid facim⁹ q̄ꝛ hic hō mlt̄a signa facit? Si dimittim⁹ eum sic: oēs credēt in eū Et veniēt romani ꝛ tollent nr̄m locum ꝛ gentē. Unus aūt ex ipis cayphas noīe cū esset pōtifex anni illi⁹: dixit eis Uos nescit̄ q̄cq̄ nec cogitat̄: q̄ꝛ expedit vobis vt vn⁹ moriat̄ hō pro pplo / ꝛ nō tota gens pereat. Hoc aūt a semet ipo nō dixit: sed cuz esset pōtifex āni illi⁹. ꝓphetauit: q̄ꝛ ies⁹ moriturus erat ꝓ gēte. Et nō tm̄ pro gēte: sed vt filios dei q̄ erāt dispsi ↄgregaret i vnū Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerēt eū. Iesus ergo iam nō in palā ambulabat apd̄ iudeos: sed abiit i regionē iuxta desertū i ciuitatē q̄ dicit̄ effrē. Et ibi morabat̄ cū discipulis suis.

Offer. Bn̄dictus es dñe doce me iustificationes tuas: et nō tradas calūniātib⁹ me supbis: ꝛ respōdebo exprobrantibus michi verbū. V. Uidi nō seruātes pactū ꝛ tabescebā dñe: quādo facies de ꝑsequentib⁹ me iudiciū. Secreta.

Presta nobis q̄s misericors de⁹ vt digne tuis seruire semp altarib⁹ mereamur: ꝛ eor̄ perpetua participatōe saluari. Per d̄.

Coio. Ne tradideris me dñe in aīas ꝑsequētiū me q̄ꝛ insurrexerūt i me testes iniq̄: ꝛ mētita est iniq̄tas sibi. Postcō.

Sumpti sacrificii dñe ppetua nos tuitio non derelinquat ꝛ noxia semp a nobis cūcta repellat. p d̄. Sup ppl'm. Oratio

Concede nobis q̄s dñe veniā pctōr̄: ꝛ religiōis augmentū: atq̄ꝫ vt i nobis tua dona mlt̄iplices: tuis fac mādatis p̄mptiores. p d̄. Sabbato. offm̄. Miserere vt̄s. in vi. feria p̄cedēti. Oratio.

Proficiat q̄s dn̄e plebs tibi di
cata pie deuotiōis affectu:
vt sacris orōnib⁹ erudita: quāto
maiestati tue fit gratior: tāto do
nis potioribus augeat. p d. Lectō
Jheremie pphete. xviij. cap.

In dieb⁹ illis: Dixerūt impij
iudei ad inuicē. Uenite cogitem⁹
cōtra iustū cogitatiōes. Nō enim
peribit lex a sacerdote: neq; cōsi-
liū a sapiēte: nec sermo a ppheta
Uenite ⁊ pcutiam⁹ eum lingua:
⁊ nō attēdam⁹ ad vniuersos ser
mones ei⁹. Attende dn̄e ad me: ⁊
audi voces aduersarior meor.
Nunq̄d redditur p bono malū: q2
foderunt foueā aie mee? Recor-
dare q steteri in cōspectu tuo: vt
loquerer p eis bonū: ⁊ auerterē
dignatiōem tuā ab eis. Propter
ea da filios eor i famē: ⁊ deduc
eos i man⁹ gladij Fiāt vxores eo
rū absq; liberis: et vidue ⁊ viri ea
rū interficiantur morte. Juuenes
eor cōfodiantur gladio i plio: audi
atur clamor de domib⁹ eor. Addu
ces enim sup eos latronē repēte: q2
foderūt foueā vt caperēt me ⁊ la-
queos abscōderunt pedib⁹ meis
Tu aūt dn̄e scis omē cōsiliū eor
aduersū me i mortē Ne ppicieris
iniq̄tati eor: ⁊ pctm̄ eor a facie
tua nō deleatur Fiāt corruētes i cō
spectu tuo i tpe furoris tui: dn̄e de
us me⁹. Grad. Pacifice loquebātur.

In illo tpe: Dixit Se. io. vj.
iesus discipulis suis ⁊ turbis
iudeor. Amē amē dico vobis: ni
si mā ducaueritis carnē filij hois
⁊ biberitis ei⁹ sanguinē: nō habe
bitis vitā i vobis. Qui mā ducat
meam carnē ⁊ bibit meū sangui
nē habet vitā eternā Et ego resu
scitabo eū i nouissimo die. Caro
enim mea vere est cibus: ⁊ sanguis
me⁹ vere est pot⁹. Qui mā ducat
meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē
in me manet ⁊ ego in illo. Sicut
misit me viuēs pater: ⁊ ego viuo
pp̄ter patrē. Et qui manducat
me: ⁊ ipse viuet pp̄ter me. Hic est
panis q̄ de celo descēdit Nō sicut
manducauerūt patres vestri mā-
na i deserto: ⁊ mortui sunt. Qui
mā ducat hunc panē: viuet i eter
nū. Hec dixit in synagoga docēs
sabbato i capharnaū. Multi er-
go audiētes ex discipulis ei⁹ dixerūt
Durus est hic sermo Quis potest
eū audire? Sciēs aūt iesus apud
semetipsū q2 murmurarēt de hoc
discipuli ei⁹: dixit eis. Hoc vos scā
dalizat? Si ergo videritis filiū ho
minis ascēdentē vbi erat prius?
Spūs est q̄ viuificat: caro nō p
dest quicq̄. Uerba q̄ ego locutus
sū vobis: spūs ⁊ vita sūt Sz sūt
q̄dā ex vobis: q̄ nō credūt. Scie-
bat aūt ab initio ies⁹ q̄ essent nō
credētes: ⁊ q̄s traditur⁹ esset eū
⁊ dicebat. Propterea dixi vobis q2
nemo potest vēire ad me: nisi fue
rit ei datum a p̄re meo. Ex hoc er
go multi discipulor ei⁹ abierūt
retro: ⁊ iā nō cū illo ābulabāt Di
xit ergo iesus ad duodecim. Nū
q̄d ⁊ vos vultis abire? Rn̄dit er-
go ei symō petr⁹. Dn̄e ad quē ibi
m⁹? Uerba vite eterne habes: et
nos credimus ⁊ cognouimus: q2

tu es christus filius dei. Rńdit ei iesus. Nōne vos duodeci elegi? Et vn⁹ ex vobis diabolus est. Dicebat aūt de iuda symōis scariothis. Hic em̄ erat traditur⁹ eū: cū esset vn⁹ ex duodeci. Offr. Recordare q̄ steteri in ɔspectu tuo vt loquerer p̄ eis bonū et auerterē indignationē tuā ab eis. V. Qui regis israel intē de q̄ deducis velut ouem ioseph. Secreta.

Suscipe creator oīps munera q̄ ieiunātes de tue munificentie largitate deferim⁹: et p̄ tp̄ali nob' collata p̄sidio ad vitā ɔuerte ppici⁹ eternā. p d. Coio. Ne tradider' me vts. i vj. fe. Post

Diuini muner' largi- coio. tate satiati: q̄s dn̄e de⁹ noster / vt hui⁹ semp participatiōe viuam⁹. p d. Super ppl'm. Oro.

Tueatur q̄s dn̄e dextera tua populū dep̄cantem: et purificatū dignāter erudiat: vt ɔsolatione p̄senti foueat: ⁊ ad futura bona p̄ficiat. Per d. Dn̄ica in ramis palmarū post asp̄sionē aq̄ bn̄dicte legat hec lectō ad gradum altar' ex pte australi ab acolito alba iduto sr̄ flores ⁊ frōdes cū suo titu. Lcō li. exo. xvi. et xvij.

In dieb⁹ illis: Uenerunt filij israel in helym: vbi erāt duodeci fōtes aquar ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati sūt iuxta aquas. Profectiq̄ sunt de helym: ⁊ vēit ois multitudo filior isrl'i desertū syn: qd ē iter helym et synai: quintodecio die mensis secūdi: postq̄ egressi sūt de terra egypti. et murmurauit ois ɔgregatio filior israel ɔtra moysem et aaron in solitudine. Dixeritq̄ ad eos filij isrl'. Utinā mortui essemus p manum dn̄i i terra egypti: quando sedebam⁹ sup ollas carniū: ⁊ comedebam⁹ panes in saturitate? Cur iduxistis nos in desertū istud: vt occideret' oēm multitudinē fame? Dixit autē dn̄s ad moysē. Ecce ego pluā vobis panes de celo Egrediat' ppl's et colligat q̄ sufficiūt p singulos dies: vt tentē eum vtrum ābulet in lege mea an nō. Die aūt sexta parēt qd iferant: ⁊ sit duplum q̄ colligere solebāt per singulos dies. Dixeritq̄ moyses et aaron ad oīs filios isrl' Uespere scietis q̄ dn̄s eduxerit vos de terra egypti ⁊ mane videbitis gl'iam dn̄i. Audiui em̄ murmur vr̄m cōtra dn̄m Nos vero quid sumus: q̄r mussitastis cōtra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dn̄s vespere carnes edere: ⁊ mane panes in saturitate eo q̄ audierit murmuratiōes vestras: quib⁹ murmurati estis cōtra eum. Nos em̄ quid sum⁹: Nec cōtra nos est murmur vr̄m sed contra dn̄m. Dixitq̄ moyses ad aarō: dic vniuerse ɔgregationi filior isrl'. Accedite corā dn̄o: audiuit em̄ murmur vr̄m. Cūq̄ loqueret' aaron ad oēm cetum filiorū israel: respexerunt ad solitudinē: ⁊ ecce gl'ia dn̄i apparuit i nube. Deinde stati accepta bn̄dictiōe ibidē legat euāgelium sup lectoriū vbi lectio legebat' a diacono ad orientē cōuerso more si

plicis festi post acceptã bñdictio nẽ cuz Dñs vobiscũ et Glia tibi do. more solito. Se. iohẽm. xij.

In illo tpe: Turba multa q̃ cõuenerat ad diẽ festum: cũ audissz qr venit ies⁹ hierosolimã accepert ramos palmar: ⁊ pces serunt obuiam ei ⁊ clamabãt. Osanna bñdictus qui venit ĩ noĩe dñi rex israel. Et iuenit iesus asellum ⁊ sedit sup eum sicut scriptũ est Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit tibi sedens sup pullum asine. Hec nõ cognouert discipli ei⁹ primum: sed quando glificat⁹ est iesus. Tunc recordati sunt qr hec erant scripta de eo: ⁊ hec fecerunt ei. Testimoniũ ergo phibebat turba q̃ erat cum eo quando lazarum vocauit de monumẽto: ⁊ suscitauit eũ a mortuis Propterea ⁊ obuiã venit ei turba: qr audierãt eum fecisse hoc signũ. Pharisei ergo dixert ad semetipos. Videtis qr nichil pficimus? Ecce mund⁹ tot⁹ post eum abijt. Finito euãgelio sequat bñdictio flor ⁊ frõdiũ a sacerdote iduto cappa serica rubea sup gradũ tertiuz altar; ad australẽ euerso posit; prius palmis cũ florib⁹ sup altare p clericis: p alijs vero sup gradũ altar; in pte australi.

Exorcizo te creatura flor et frõdium in noie dei patris oipotentis: ⁊ in noie iesu xpi filij ei⁹ dñi nr̃i ⁊ in virtute spũs sancti. Proinde oĩs virt⁹ aduersarij oĩs exercit⁹ diaboli: omisq; potestas inimici: oĩs icursio demonũ eradicare ⁊ explãtare ab hac creatura flor ⁊ frondium: vt ad dei grãm festinantiũ vestigia nõ assequaris. Per euz q̃ ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sclm p ignẽ. R. Amen. Deinde dicunt orationes sine Dñs vob. sed tñ

Omnipotens (cũ Orem⁹. Oratio sempiterne de⁹ q̃ in diluuij effusiõe noe famulo tuo p os columbe gestãtis ramũ oliue pacẽ ĩ terris redditã nunciasti: te supplices depcamur: vt hanc creaturã flor ⁊ frõdium spatulasq; palmar: seu frõdes arbor: quas ante cõspectuz glie tue offerim⁹: veritas tua sctĩ ✠ ficet: vt deuotus popul⁹ ĩ manib⁹ eas suscipiẽs benedictiõis tue grãm cõsequi mereat. Per xp̃m. Et dicunt omẽs orões sub tono lectiõis ⁊ cum

Deus cui⁹ (Oremus. Oro. filius p salute generis humani de celo descẽdit ad terras ⁊ appropiquãte hora passiõis sue: hierosolimam ĩ asino sedẽs venire: ⁊ a turbis rex appellari ac laudari voluit: auge fidẽ ĩ te sperantiuz: ⁊ supplicũ pces clemẽter exaudi. Veiat q̃s sup nos dñe mĩa tua: ⁊ hos palmar ceterarumq; arboruz ramos bene ✠ dicere dignare: vt oẽs q̃ eos laturi sũt: benedictõis tue dono repleant Cõcede ergo dñe: vt sicut hebreorũ pueri osanna ĩ excelsis clamãtes eidẽ filio tuo dño nr̃o iesu xp̃o cũ ramis palmar occurrerũt: itaq; nos arbor ramos gestantes: cũ bonis opibus occurram⁹ obuiaz

christo ꝛ perueniamꝰ ad gaudium sempiternum. per eundẽ chri. Oro.

Deus qui dispsa cõgregas ꝛ congregata cõseruas: q̃ populis obuiã xp̃o iesu ramos palmarũ portantibꝰ: bñdixisti: bene ✠ dic etiã ꝛ hos ramos palmarũ ceterarũq; arbor quos tui famuli ad nõis tui bñdictiõem fideliter suscipiũt: vt i quẽcũq; locũ introducti fuerint: tuã bñdictionẽ habitatores illiꝰ loci oẽs cõsequant: ita vt oi aduersa valitudine effugata: dextera tua ꝑtegat quos redemit. per eundẽ xp̃m. Hic aspgant flores ꝛ frõdes aqua bñdicta ꝛ thurificent. Deinde dicit sacerdos. Dñs vo. et Oremꝰ. Oro.

Domine iesu xp̃e mundi cõditor ꝛ redemptor q̃ nostre liberatiõis ꝛ saluatiõis grã ex sũma celi arce descendere: carnẽ sumere: ꝛ passionẽ subire dignatꝰ es/ quiq; spõte ꝓpria loco eiusdẽ propinquãs passiõis: a turbis cũ ramis palmarũ obuiantibꝰ bñdici laudari: ꝛ rex bñdictus q̃ venit in nõie dñi veniẽs clara voce appellari voluisti: tu nũc nostre cõfessionis laudationẽ acceptare: et hos palmarũ ceterarũq; arborũ ac florũ ramos bene ✠ dicere ꝛ scti ✠ ficare digneris: vt q̃cunq; in tue ỽtutis obsequio exinde aliq̃d tulerit: bñdictiõe celesti sctificatus: pctõrũ remissiõem: ꝛ vite eterne p̃mia pcipere mereat. Per te iesu christe: saluator mundi q̃ cum patre ꝛ spiritu sctõ viuis et regnãs deus. Per oĩa secula seculorum. R. Amen. His itaq; peractis stati distribuant palme: ꝛ interim cãtent he sequẽtes añe cãtore icipiente. ã. Pueri hebreorũ tollẽtes ramos oliuarũ obuiauerũt dño clamãtes ꝛ dicẽtes osãna in excelsis. Alia ã. Pueri hebreorũ vestimẽta psternebãt in via ꝛ clamabãt dicẽtes osãna filio dauid bñdictus q̃ venit in nõie dñi. Peractis q̃ ad ꝓcessionem ptinent.

Ad missã. Offi.

Domine ne lõge facias auxilium tuũ a me: ad defensionẽ meam aspice libera me de ore leonis: ꝛ a cornibꝰ vnicorniũ humilitatẽ meã. ps. Deus deus meꝰ respice i me: quare me dereliquisti. Nõ dicitur vlterius. Oro.

Omnipotens sempiterne deꝰ q̃ hũano generi ad imitãdũ humilitatis exẽplũ: saluatorẽ nr̃m carnẽ sumere et crucem subire fecisti/ ꝯcede ꝓpicius: vt ꝛ patiẽtie ipsiꝰ habere documẽta ꝛ resurrectiõis cõsortia mereamur. per eundẽ. Ad philippenses. ii.

Fratres: Hoc sentite in vobis: qd ꝛ in christo iesu. Qui cum in forma dei esset: nõ rapinã arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipm exinaniuit formã serui accipiẽs in similitudinẽ hoim factꝰ: ꝛ habitu iuentꝰ vt homo. Humiliauit semetipm factꝰ obediens vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. Propt qd ꝛ deꝰ exaltauit illum: ꝛ donauit illi nomẽ qd est super omẽ nomen vt i nõie iesu omẽ genu flectatur celestiũ: terrestriũ et infernorũ. Et omis lingua cõfiteatur.

quia dñs noster iesus xp̃s: in gloria ē dei p̃tis. Grad. Tenuisti manū dexterā meā in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria assūpsisti me. ℣. Quā bon⁹ israel deus rectis corde: mei aūt pene moti sūt pedes: pene effusi sūt gressus mei: qz zelaui in peccatoribus pacē peccatorū vidēs. Chor⁹ alternatī dicat Tractus.

D Eus deus meus respice in me: quare me dereliqsti. ℣. Longe a salute mea verba delictorū meorū. ℣. Deus meus clamabo per diē nec exaudies: et nocte nō ad insipiētiam michi. ℣. Tu aūt i sancto habitas laus israel: i te sperauerūt patres nostri: sperauerūt ⁊ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerūt et salui facti sunt: i te sperauerūt et nō sunt confusi. ℣. Ego aūt sum vermis et non homo: opprobriū hoīm et abiectio plebis. ℣. Omēs qui videbāt me aspernabātur me: locuti sūt labiis ⁊ mouerunt caput. ℣. Sperauit i dño eripiat eū: saluū faciat eum qm̄ vult eum. ℣. Ipi vero consideraverunt et conspexerūt me: diuiserūt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestem meā miserunt sortem. ℣. Libera me de ore leōis: et a cornib⁹ vnicornium hūilitatē meā. ℣. Qui timetis dñm laudate eū: vniuersū semē iacob magnificate eū. ℣. Annūciabit domino generatio ventura: ⁊ annūciabunt celi iusticiā eius. ℣. Populo qui nascet quem fecit dñs. ¶ Sequit passio cū Dñs vobiscū. Passio dñi nostri iesu christi: scdm matheū. xxvi. ca. Non dr̄. Gloria tibi domine.

I N illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. ✠ Scitis qz post biduū pascha fiet: ⁊ filius homis tradetur vt crucifigat. Tūc congregati sūt pricipes sacerdotū ⁊ seniores ppl'i in atriū principis sacerdotū q̇ dicebat cayphas/ et cōsiliū fecerūt vt iesū dolo tenerent: ⁊ occiderent. Dicebāt autē Nō in die festo. Ne forte tumultus fieret i ppl'o. Cū aūt esset iesus i bethania i domo symōis leprosi: accessit ad eū mulier habēs alabastrū vnguēti p̃ciosi: ⁊ effudit sup caput ipsi⁹ recumbentis. Videtes autē discipli idignati sunt dicentes. Ut q̇d pditio hec? Potuit ei istud venūdari mlto: ⁊ dari paupib⁹. Sciens autē iesus ait illis ✠ Quid molesti estis huic mulieri? Opus eī bonū opata est in me. Nā semp paupes habetis vobiscum: me autē nō semp habebitis. Mittēs eī hec vnguētum hoc i corp⁹ meū: ad sepeliendū me fecit. Amē dico vobis: vbicunq3 p̃dicatū fuerit hoc euāgeliū i toto mundo: dicet ⁊ qd hec fecit i memoriā ei⁹. Tūc abiit vn⁹ de duodeci q̇ dicit iudas scarioth ad pricipes sacerdotū: ⁊ ait illis. Quid vultis michi dare ⁊ ego vobis eū tradā? At illi cōstituerunt ei: triginta argenteos. Et exinde q̄rebat opportunitatē: vt eū traderet. Pria autē die azimorū: accesserūt discipli ad iesum dicentes Ubi vis paremus tibi comedere pascha? At ies⁹ dixit ✠ Ite i ciuitatē ad quēdā: et dicite ei. Magister dicit. Tēpus meū ppe est: apud te facio pascha cū discipl'is meis. Et fecerūt discipli sicut cōstituit illis iesus: ⁊ parauerūt pa

scha. Uespe autē factō: discumbe
bat cum duodeci discipulis suis.
Et edētib⁹ illis dixit. ✠ Amē di-
co vobis: q2 vn⁹ vēm me traditu
rus est. Et ɔtristati valde: cepert
singuli dicere. Nunqd ego sum
dñe? At ille rñdens ait. ✠ Qui i
tingit mecū manū i parapside:
hic me tradet. Fili⁹ qdē hois va
dit: sicut scriptū est de illo. Ue au
tem hoi illi: p quē fili⁹ hois trade
tur. Bonum erat ei: si nat⁹ nō fu
isset homo ille. Rñdens autē iu-
das q tradidit eū: dixit. Nunqd
ego sū rabbi? Ait illi. ✠ Tu dixi
sti. Cenātib⁹ aūt eis accepit ies⁹
panē: ⁊ bñdixit ac fregit: deditq
discipl'is suis ⁊ ait. ✠ Accipite ⁊
comedite: hoc est corpus meū. et
accipiēs calicē grās egit: ⁊ dedit
illis dicēs. ✠ Bibite ex hoc oms.
Hic est em calix noui testamēti: q
p multis effundet in remissionē
pctōr. Dico autē vobis: nō bibā
amodo de hoc genimie vit' vsq
in diē illū/ cū illud bibā vobiscū
nouū in regno pris mei. Et hym
no dicto: exierūt in mōtem oliueti
Tūc dicit illis ies⁹. ✠ Oms vos
scādalum patiemini i me: in ista
nocte. Scriptū est eni. Percutiā
pastorē: et dispgent oues gregis
Postq aūt resurrexero: pcedam
vos in galileā. Rñdens autē pe-
trus: ait illi. Et si oēs scādalizati
fuerit i te: ego nunq scādaliza-
bor. Ait illi iesus. ✠ Amē dico ti
bi: q2 i hac nocte anteq gall⁹ can
tet: ter me negabis. Ait illi petr⁹
Etiam si oportuerit me mori te-
cum: nō te negabo. Similiter et
oēs discipl'i dixerunt. Tūc venit
iesus cū illis i villā q dicit gethse
mani: ⁊ dixit discipulis suis. Se
dete hic: donec vadā illuc ⁊ orē.
Et assūpto petro et duob⁹ filijs
zebedei: cepit cōtristari ⁊ mest⁹ es
se Tūc ait illis ✠ Tristis est aia
mea vsq ad mortem. Sustinete
hic ⁊ vigilate mecū. Et progres
sus pusillum: procidit i faciē suā
orās ⁊ dicēs. ✠ Pater mi si possi
bile est: trāseat a me calix iste Ue
rūtamen nō sicut ego volo: sed si
cut tu. Et venit ad discipl'os suos
et iuenit eos dormiētes. Et dicit
petro. ✠ Sic nō potuist' vna ho
ra vigilare mecū? Uigilate ⁊ ora
te: vt nō itretis in tentationem.
Spūs qdē prompt⁹ est: caro au-
tē infirma. Iterū secūdo abijt: et
orauit dicēs. ✠ Pat mi: si nō po
test hic calix trāsire nisi bibā illū
fiat volūtas tua Et venit iterū: ⁊
iuenit eos dormiētes. Erant eni
oculi eorū grauati. Et relict' illis
iterū abijt et orauit tertio eūdem
sermonē dicēs. Tūc venit ad di-
scipl'os suos: ⁊ dixit illis. ✠ Dor-
mite iā ⁊ reqescite. Ecce appro-
piquabit hora: ⁊ fili⁹ hois tradet
in man⁹ pctōr. Surgite eamus
ecce: appropiquabit q me tradet
Adhuc eo loquēte ecce iudas vn⁹
de duodeci venit: ⁊ cum eo turba
multa cū gladijs ⁊ fustib⁹ missi
a pricipibus sacerdotū ⁊ seniori-
bus ppl'i Qui autē tradidit eum
dedit eis signū dicēs. Quēcunq
osculat⁹ fuero: ipē est/ tenete eū.

Et cõfestim accedẽs ad iesum: dixit. Aue rabbi. Et osculatꝰ est eũ Dixitq; illi iesꝰ. ✠ Amice: ad qd venisti? Tunc accesserũt: & manꝰ iniecerũt i iesu; & tenuerunt eũ. Et ecce vnꝰ ex his q erãt cum iesu extendẽs manũ exemit gladium suum: & pcutiens seruu; pricipis sacerdotum ãputauit auricula; eiꝰ Tunc ait illi iesus. ✠ Cõuerte gladiũ tuum i locũ suum Oẽs eñi q acceperint gladiu; gladio pibũt An putas / q: nõ possu; rogare patrẽ meũ: et exhibebit michi modo plusq̃ duodeci legiões angelo; Quomõ ergo iplebuntur scripture? Q: sic opo:tet fieri. In illa ho:a: dixit iesꝰ turbis. ✠ Tãq̃ ad latronẽ existis cũ gladijs & fustibus cõp:ehendere me Quotidie apd vos sedebã docẽs in tẽplo: et nõ me tenuistis. Hoc autẽ totũ factu; ẽ: vt adiplerent scripture pphetar. Tũc discipli oẽs relicto eo fugerunt. At illi tenẽtes iesu; duxerunt ad cayphã p:icipẽ sacerdotũ: vbi scribe & seniores ꝯuenerãt. Petrꝰ autem sequebat eũ a lõge: vsq; in atrium p:incipis sacerdotũ. Et igressus intro sedebat cũ ministris: vt videret finẽ. P:icipes aũt sacerdotum et oẽ ꝯsiliũ q̃rebãt falsum testimoniũ ꝯtra iesu;: vt eũ mo:ti traderẽt. Et nõ iuenerẽt: cu; multi falsi testes accessissẽt Nouissime aũt venerũt duo falsi testes: & dixerũt. Hic dixit. Possum destruere tẽplu; dei: & post triduum reedificare illud. Et surgẽs p:inceps sacerdotum: ait illi. Nichil respondes ad ea: q isti aduersum te testificãtur? Iesꝰ aũt tacebat. et p:iceps sacerdotum: ait illi. Adiuro te p deũ viuũ: vt dicas nobis si tu es xp̃s filius dei? Dicit illi iesus. ✠ Tu dixisti. Uerũtamẽ dico vobis amodo videbitꝭ filium hoĩs sedentẽ a dextris virtutꝭ dei: & veniẽtem i nubibꝰ celi. Tunc p:inceps sacerdotu; scidit vestimẽta sua dicẽs. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibꝰ? Ecce nũc audistꝭ blasphemiã. Quid vobis videt? At illi respondentes dixerunt Reus est mo:tꝭ. Tũc expuerunt i faciẽ eiꝰ: & colaphis eu; ceciderũt. Alij aũt palmas ei i faciẽ dederũt: dicẽtes. P:ophetiza nobis chriſte: qs est q te pcussit? Petrus autem sedebat fo:is i atrio. Et accessit ad eu; vna ancilla: dicẽs. Et tu cum iesu galileo eras? At ille negauit co:ã oĩbus: dicẽs Nescio qd dicis Exeunte autem illo ianuã / vidit illũ alia ancilla et ait his q erãt ibi. Et hic cũ iesu nazareno erat. Et iter negauit cum iuramẽto: q: nõ noui hominẽ. Et post pusillum accesserũt q ibi stabãt: et dixerunt petro. Uere & tu ex illis es: nã & loquela tua manifestũ te facit. Tũc cepit detestari & iurare: q: nõ nouisset hominẽ. Et cõtinuo gallus cantauit. Et reco:datus est petrꝰ verbi iesu qd dixerat p:iusq̃ gallus cãtet: ter me negabis. Et egressꝰ fo:as: fleuit amare. Mane autẽ facto cõsiliũ inierunt oẽs p:inci

pes sacerdotũ & seniores ppli ad uersus iesum: vt eũ morti traderent. Et vinctũ eũ adduxerũt: et tradiderunt poncio pilato p̄sidi. ¶Tunc videns iudas qui tradidit eum ꝙ dãnatus esset penitentia duct⁹/ retulit trigita argenteos p̄ricipib⁹ sacerdotũ & senioribus: dicẽs. Peccaui tradẽs sãguinem iustũ. At illi dixerũt. Quid ad nos ¶Tu videris. Et proiect⁹ argenteis in tẽplo recessit: & abiẽs laqueo se suspẽdit. Principes aũt sacerdotũ acceptis argẽteis dixerũt. Nõ licet mittere eos i corbanã: q2 preciũ sanguinis est. Cõsilio autẽ inito emerũt ex eis agrũ figuli in sepulturã peregrinorũ. Propẽ hoc vocatus est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguis/ vsqꝫ in hodiernũ diẽ. ¶Tunc ipletum est qd̃ dictum est p hieremiã prophetã dicentẽ. Et acceperunt trigita argenteos p̄ciũ appreciati quẽ appreciauerũt a filiis isrl': et dederũt eos in agrũ figuli/ sicut cõstituit michi dñs Jesus aũt stetit ante presidẽ: & iterrogauit eũ preses dicens. Tu es rex iudeorũ Dicit illi ies⁹. ✠ Tu dicis. Et cũ accusaret a principibus sacerdotũ & a senioribus: nichil respõdit ¶Tunc dicit illi pilat⁹. Nõ audis quãta aduersũ te dicũt testimonia? Et nõ r̄ndit ei ad vllum verbum: ita vt miraret preses vehementer. Per diẽ autẽ solennẽ cõsueuerat p̄ses dimittere populo vnũ victũ: quẽ voluissent. Habebat aũt tunc vnũ vinctũ insignẽ qui dicebat barrabas: q̃ ppter homicidium missus fuerat in carcerem. Cõgregatis ergo illis: dixit pilat⁹ Quẽ vult⁹ dimittã vobis barrabam: an iesum q̃ dicit xp̄s? Sciebat eñ ꝙ p iuidiã tradidissent eũ. Sedẽte aũt illo p tribunali: misit ad eũ vxor ei⁹ dicens. Nichil tibi: & iusto illi. Multa eñ passa sũ hodie p visũ: ppter eũ Principes aũt sacerdotũ & seniores p̄suaserunt populis/ vt peterent barrabã: iesum vero pderẽt Rñdens aũt p̄ses: ait illis. Quẽ vult⁹ vobis de duob⁹ dimitti? At illi dixerũt Barrabã. Dicit illis pilat⁹. Quid igit faciã de iesu q̃ dicit xp̄s? Dicunt oẽs. Crucifigat Ait illis preses. Quid eñ mali fecit? At illi magis clamabant dicentes. Crucifigat. Videns aũt pilatus/ q2 nichil pficeret: sꝫ magis tumult⁹ fieret/ accepta aqua lauit man⁹ suas corã ppl'o: dicẽs Innocens ego sum a sanguie iusti huius: vos videritis. Et respõdens vniuersus ppl's dixit. Sanguis ei⁹ super nos: & super filios nostros Tunc dimisit illis barrabam iesum aũt flagellatum tradidit eis vt crucifigeret. ¶Tũc milites p̄sidis suscipientes iesũ in pretorium: cõgregauerunt ad eũ vniuersã cohortem Et exuentes eũ clamidẽ coccineã circundederũt ei. Et plectentes coronam de spinis posuerũt sup caput ei⁹: & arundinem i dextera ei⁹. et genu flexo ante eũ illudebãt ei: dicentes Aue rex iudeorũ? Et expuẽtes

in eũ acceperunt arundinẽ: ⁊ per
cutiebãt caput ei⁹. Et postq̃ illu
serunt ei: exuerunt eũ clamidẽ: ⁊
induerũt eum vestimẽtis eius: ⁊
duxerũt eũ vt crucifigerẽt. Exeũ-
tes autẽ inuenerunt hoiem cyre
neum noie symonem. Hunc anga
riauerunt: vt tolleret crucem ei⁹.
Et venerunt i locũ q̃ dicit golgo
tha: quod est caluarie locus. ⁊ de
derunt ei vinum bibere: cū felle
mixtũ. Et cũ gustasset: noluit bi
bere. Postq̃ aũt crucifixerũt eum:
diuiserunt vestimenta ei⁹ sortem
mittentes / vt impleretur qđ di-
ctum est p prophetã dicẽtem. Di
uiserunt sibi vestimẽta mea: ⁊ su
per vestẽ meã miserũt sortẽ. Et se
dentes seruabãt eum. Et impo-
suerunt super caput eius: causam
ipsius scriptã. Hic est iesus rex iu
deorum. Tunc crucifixi sunt cū eo
duo latrones / vnus a dextris: et
vn⁹ a sinistris. Pretereuntes au
tẽ blasphemabãt eũ mouẽtes ca
pita sua: ⁊ dicẽtes. Uah q̃ destru
is tẽplũ dei: ⁊ in triduo illđ reedi
ficas. Salua temetipm̃. Si fili⁹
dei es descende de cruce. Similit
⁊ pricipes sacerdotum illudẽtes
cum scribis ⁊ senioribus: dicebãt.
Alios saluos fecit: seipsum nõ po
test saluũ facere? Si rex israel est
descẽdat nũc de cruce: ⁊ credim⁹
ei. Cõfidit i deo: liberet eum nunc
si vult. Dixit eñ: q: fili⁹ dei sum
Idipm̃ autẽ ⁊ latrones q̃ crucifi
xi erãt cum eo: improperabãt ei.
A sexta autem hora tenebre facte
sunt sup vniuersã terrã: vsq; ad
horã nonã. Et circa horã nonam
clamauit ies⁹ voce magna: dicẽs
✠ Hely: hely: lamazabathani.
Hoc ẽ. ✠ Deus me⁹: de⁹ me⁹: vt
q̃d dereliq̃sti me? Quidã aũt illic
stãtes ⁊ audiẽtes: dicebãt Helyã
vocat iste. Et ꝯtinuo currẽs vn⁹
ex eis: acceptã spõgiam ipleuit a
ceto: et iposuit arũdini ⁊ dabat
ei bibere. Ceteri vero dicebãt Si
ne: videam⁹ an veniat helyas li
berãs eũ. Jesus aũt iterum clamãs
voce magna: emisit spm̃. Hic in
clinet se diacon⁹ vl̃ ꝓsternat ver
sus oriẽtẽ: ⁊ dicat priuati. Pat
noster. Aue maria. Et In manus
tuas dñe. Et ecce velũ tẽpli scis-
sum est i duas ptes: a sũmo vsq;
deorsum. Et terra mota ẽ: ⁊ petre
scisse sunt ⁊ monumẽta apta sũt
et multa corpora sanctorum q̃ dor-
mierãt surrexerunt. Et exeuntes
de monumẽtis / post resurrectiõem
eius / venerũt in sanctã ciuitatẽ
et apparuerunt multis. Cẽturio
aũt ⁊ q̃ cum eo erãt custodientes
iesum: viso terremotu: ⁊ his q̃ fie
bãt timuerũt valde: dicẽtes. Ue
re fili⁹ dei erat iste. Erãt autẽ ibi
mulieres multe a longe: q̃ secute
erant iesũ a galilea: ministrãtes
ei. Inter quas erat maria magda
lene: ⁊ maria iacobi ⁊ ioseph ma
ter: ⁊ mater filiorum zebedei. Cum
autẽ sero factũ esset: venit q̃dam
homo diues ab arimathia noie
ioseph: q̃ ⁊ ipse discipul⁹ erat iesu
Hic accessit ad pylatum: ⁊ petiit
corpus iesu. Tũc pilat⁹ iussit red
di corpus. Et accepto corpore io-

seph / īuoluit illud ī syndone mũ
da: et posuit illud in monumẽto
suo nouo quod exciderat ī petra.
Et aduoluit saxũ magnuȝ ad o-
stiũ monumẽti: ⁊ abijt. Erãt au-
tẽ ibi maria magdalene ⁊ altera
maria sedẽtes contra sepulchꝛũ.
Euãgelia vero ī fine oīm passio
nũ: etiã ī die parasceues alta vo-
ce legãtur moꝛe duplic' fest. Oẽs
aũt passiões supꝛa dicto modo le
gant᷑ scd̃m vsum Sar. Tamen
in die parasceues nõ dr̃ Dñs vo.
et sine titulo īcipiat᷑. Euãgeliuȝ.

Altera autẽ die que est post
parasceuem: conuenerunt
pꝛīcipes sacerdotũ ⁊ pharisei ad
pilatũ: dicẽtes. Dñe recoꝛdati su
mus: q2 seductoꝛ ille dixit adhuc
viuens: post tres dies resurgam
Jube ergo custodiri sepulchꝛũ vſ
q3 in diẽ tertiuȝ: ne foꝛte veniãt
discipuli eius ⁊ furent᷑ eum et di
cãt plebi Surrexit a moꝛtuis Et
erit nouissimus erroꝛ: peioꝛ pꝛio
re. Ait illis pilatus. Habetis cu-
stodiã. Jte custodite sicut scit'. Jl
li aũt abeũtes munierunt sepul-
chꝛũ signãtes lapidẽ: cũ custodi-
bus. Offr. Jmpꝛoperiuȝ expectauit
coꝛ meũ ⁊ miseriã ⁊ sustinui q̃ simul con
tristaret᷑ et nõ fuit: consolantẽ me quesi
ui et nõ inueni: ⁊ dederũt in escã meam
fel: et in siti mea potauerunt me aceto.

Tibi deus pater oĩps Secrã
īmaculati agni paschale of
ferim' olocaustũ cui' nos sãgui-
ne ab exterminatoꝛis vastatiõe
saluatos: ad terram q̃s tue repꝛo
missiõis inducas. P eund. Coĩo.

Pater si non potest hic calix trãsire nisi
bibã illum fiat voluntas tua. Postcõ.

Fideles tuos q̃s domine beni
gn' intẽde: vt sue redẽptio
nis initia recolẽtes: quoꝝ mune
re sũt refecti / coꝝ pficiãt icremẽ
tis. Per. ¶ Feria. iij. Officium.

Iudica dñe nocẽtes me:
expugna ipugnãtes me
appꝛehẽde arma ⁊ scutũ:
et exurge ī adiutoꝛiũ meũ domi-
ne virtus salutis mee. ps. Effunde
frameã et conclude aduersus eos: q̃ per
sequũtur me. Nõ dr̃ vlteri'. Oro.

Da q̃s oĩps deus: vt qui ī tot
aduersis ex nostra infirmi
tate deficim' / intercedẽte vnige
niti filij tui passiõe respiremus.
Qui te. Lectõ esaie pꝑhete. l. ca.

In diebus illis: Dixit esaias
Dñs de' me' aperuit michi
aurem: ego aũt nõ cõtradico: re-
troꝛsuȝ nõ abij. Coꝛp' meũ dedi
percutiẽtib': et genas meas vel-
lentib'. Faciẽ meã nõ auerti ab
increpantibus: ⁊ cõspuentib' in
me Dñe deus auxiliatoꝛ meus: ⁊
ideo nõ sum cõfusus. Jdeo posui
faciẽ meã: vt petrã durissimã: et
scio q̃m nõ confundar. Juxta est
qui iustificat me: quis ꝯtradicet
michi? Stem' simul Quis est ad
uersarius me'? Accedat ad me.
Ecce dñs deus auxiliatoꝛ meus:
quis est qui cõdemnet me? Ecce
oẽs quasi vestimẽtũ conterẽtur:
tinea comedet eos Quis ex vob̾
timẽs deũ audiẽs vocẽ serui sui?
Quis ambulauit ī tenebꝛis: ⁊ nõ
est lumẽ ei? Speret ī noĩe dñi: et

innitat super dño deo suo Grad. Exurge dñe et intende iudicio meo de' me' et dñs me' in causaz meã. V. Effũ de frameã et cõclude aduersus eos q me psequũtur. Tract' Dñe nõ secundũ.

Ante sex dies S. Johẽm. xii. pasche venit ies' bethaniã vbi fuerat lazarus mortu': quez suscitauit iesus Fecerũt aũt ei cenã ibi: & martha mistrabat. Lazarus vero vn' erat ex discũbẽtibus cuz eo. Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi pistici precio si: & vnxit pedes iesu: & extersit capillis suis pedes ei' & dom' iplcta est ex odore vnguẽti. Dixit ergo vn' ex discipl'is ei' iudas scha riothis: qui erat eum traditurus Quare hoc vnguentũ nõ venijt trecẽtis denarijs: & datuz est egenis? Dixit autẽ hoc: nõ q: de egenis ptinebat ad eũ: sz q: fur erat et loculos habẽs: ea q mittebant portabat. Dixit ergo iesus. Sinite illã: vt in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enĩ semp habet' vobiscũ: me aũt nõ semp habebitis. Cognouit autẽ turba multa ex iudeis q: illic est: & venerũt nõ ppter iesũ tm̃: sed vt lazarũ viderẽt: quẽ suscitauit a mortuis. Cogitauerũt autẽ principes sacerdotuz vt & lazar' iterficerẽt q: multi ppter illũ abibant ex iudeis: & credebãt i iesum In crastinuz aũt turba multa q cuenerat ad diẽ festũ: cuz audisset q: venit ies' hierosolimã: accepert ramos palmar' & pcesserunt obuiã ei: & clamabãt. Osanna bñdict' q venit in noie dñi: rex isrl'. Et iuenit iesus asellum: & sedit sup eum: sicut scriptum ẽ. Noli timere filia syõ: ecce rex tuus venit tibi sedẽs sup pullũ asine. Hec nõ cognouerunt discipl'i ei' primum: sz quãdo glificat' est iesus Tunc recordati sũt q: hec erãt scripta de eo: & hec fecert ei. Testimoniũ ergo phibebat turba q erat cũ eo quãdo lazar' vocauit de monumẽto & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiã venit ei turba: q: audierãt eum fecisse hoc signum Pharisei ergo dixerũt ad semetipos. Uidetis q: nichil pficim'. Ecce mund' tot' post eum abijt. Erãt autẽ qdã gentiles: ex his q ascẽderãt vt adorarẽt i die festo. Hij ergo accesserunt ad philippũ q erat a bethsaida galilee. & rogabãt eũ dicẽtes. Dñe volum' iesũ videre. Uenit philipp' & dixit andree Andreas & philipp' rursũ dixerũt iesu. Jesus aũt rñdit eis dicẽs. Uẽit hora: vt clarificet fili' hois. Amẽ amen dico vobis: nisi granũ frumẽti cadẽs i terrã mortuuz fuerit: ipm solũ manet. Si autẽ mortuum fuerit multũ fructũ affert. Qui amat aiam suã pdet eã. Et q odit aiam suã in hoc mũdo: i vitã eternã custodit eaz Si qs michi mistrat me sequat. Et vbi sũ ego: illic & mister meus erit. Si qs michi mistrauerit: honorificabit eũ pr̃ me'. Nunc aia mea turbata est Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed ppterea veni in horã hanc

Pat clarifica nomē tuuz. Uenit ergo vox de celo: dicēs. Et clarificaui: et iterū clarificabo Turba ergo q̄ stabat et audierat: dicebat tonitruū factū esse. Alij dicebāt: angelus ei locut⁹ est. Rn̄dit ies⁹: et dixit. Nō ꝑpter me hec vox venit: sed ꝑpter vos Nūc iudiciuz est mūdi: nūc princeps hui⁹ mūdi eiciet foras Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: oīa trahā ad meipm̄ Hoc aūt dicebat: significās qua morte essz moritur⁹ Rn̄dit ei turba Nos audiuim⁹ ex lege: q: xp̄s manet in eternū. Et quō tu dicis oportet exaltari filiū hoīs: Quis est iste fili⁹ hoīs. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū lumē ī vobis est. Ambulate dū lucē habet: vt nō tenebre vos cōprehendāt. Et q̄ ambulat ī tenebris: nescit quo vadat. Dū lucē habet credite in lucē: vt filij lucis sit. Hec locut⁹ est iesus: et abijt et abscondit se ab eis. Offr. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te cōfugi doce me facere voluntatem tuā: q: deus meus es tu. ℣. Exaudi me ī tua iusticia et ne ītres ī iudiciū cū seruo tuo dn̄e.

Ipsa ma Sec. iestati tue dn̄e fideles populos cōmendet oblatio: q̄ ꝑ filium tuū dn̄m nr̄m iesū xp̄m recōsiliauit inimicos. Qui te. Coio. Erubescant et reuereant simul q̄ gratulant malis meis: induātur pudore et reuerētia q̄ maligna loquuntur aduersuz me.

Satiati munere sa Postcō. lutari: tuā dn̄e miam dep̄camur: vt hoc eodē sacramento quo nos t̄paliter vegestas / efficias vite et̄ne participes. ꝑ d̄. Sup

Adiuua nos de ꝑpl'm. Oro us salutaris n̄r: et ad b̄nficia recolēda quib⁹ nos istaurare dignat⁹ es: tribue venire gaudētes. ꝑ d̄. ¶ Fer. iij. Offm.

Nos aūt gloriari oportet i cruce dn̄i nostri iesu xp̄i in quo est sal⁹ vita et resurrectio nostra ꝑ quē saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereat nostri et b̄ndicat nobis: illuminet vultū suū super nos et misereatur nostri. Oro.

Omps sempiterne de⁹ da nobis ita dn̄ice passiōis sacramēta peragere: vt idulgentiā ꝑcipere mereamur. ꝑ eund. Lectio hieremie ꝑphē. xj. ca.

In dieb⁹ illis: Dixit hieremias. Domine: demonstrasti michi et ego cognoui: tu ostendisti michi studia eorum. Et ego quasi agn⁹ mansuetus q̄ portat ad victimā: et nō cognoui qm̄ cogitauerūt sup me cōsilia dicētes. Uenite mittam⁹ lignū in panē ei⁹: et eradam⁹ eū de terra viuentiū: et nomē ei⁹ nō memoret ampli⁹ Tu aūt dn̄e sabaoth q̄ iudicas iuste et probas renes et corda: videā q̄so vltionez tuā ex eis. Tibi em̄ reuelaui causā meā dn̄e de⁹ meus. Grad. Ego autē dū michi molesti essent iduebā me cilicio et humiliabā in ieiunio aīam meā: et oratio mea in sinu meo cōuertet. ℣. Iudica dn̄e nocētes me: expugna ipugnātes me apprehēde arma et scutū et exurge ī adiutoriuz michi. ¶ Sequat passio cū. Dn̄s vobiscū. Passio dn̄i nostri iesu christi. S. marcum. xiiij.

In illo tp̃e: Erat pascha et azima post biduũ. Et q̃rebãt sũmi sacerdotes ⁊ scribe quomodo iesuʒ dolo tenerent: ⁊ occiderent. Dicebãt eñi. Nõ i die festo Ne forte tumult⁹ fieret ppl'i. Et cum esset bethanie i domo symonis leprosi ⁊ recũberet: venit mulier habẽs alabastruʒ vnguenti nardi spicati p̃ciosi: ⁊ fracto alabastro effudit sup caput ei⁹ Erãt aũt q̃daʒ idigne ferentes itra semetip̃os: ⁊ dicẽtes. Ut q̃d pditio ista vnguẽti fctã est? Poterat eñi vnguẽtuʒ istõ venundari pluſq̃ trecent' denariis: ⁊ dari paupib⁹ Et fremebãt in eã. Jesus aũt dixit ✠ Sinite eã. Quid illi molesti estis? Bonũ op⁹ opata ẽ in me Semp eñi paupes habet' vobiscũ ⁊ cũ volueritis potestis illis bñ facere: me aũt nõ semp habebit' Qð habuit hec fecit: p̃euenit vngere corp⁹ meum in sepulturam Amen dico vobis: vbicunq; p̃dicatuʒ fuerit euãgeliũ istud i vniuerso mũdo: ⁊ qð fecit hec narrabit in memoriã ei⁹. Et iudas scariothes vn⁹ de duodeci: abijt ad sũmos sacerdotes vt pderet eũ illis. Qui audiẽtes gauisi sũt: ⁊ p̃miserũt ei pecuniã se daturos. Et q̃rebat quomodo illuʒ oportune traderet Et p̃io die azimoꝝ quãdo pascha imolabant: dicunt ei discipuli. Quo vis eam⁹: ⁊ paremus tibi vt mãduces pascha. Et mittit duos ex discipl'is suis: ⁊ dicit eis. Jte in ciuitatẽ: ⁊ occurret vobis homo lagenam aque baiulans. Sequimini euʒ: ⁊ quocũq; introierit dicite dño dom⁹ q: magister dicit. Ubi est refectio mea: vbi pascha cũ discipl'is meis mãducẽ? Et ipse vobis demõstrabit cenaculũ grãde stratuʒ: ⁊ illic parate nobis. Et abierũt discipl'i ei⁹ ⁊ venerunt i ciuitatẽ: ⁊ iuenerũt sicut dixerat illis: ⁊ parauerũt pascha. Uespe autẽ fctõ: venit cum duodeci. Et discumbẽtib⁹ eis: et mãducantib⁹: ait iesus. ✠ Amẽ dico vobis: q: vnus ex vobis me tradet q̃ manducat mecum At illi ceperunt cõtristari: et dicere ei singulari. Nunq̃d ego? Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim q̃ intingit mecuʒ manũ i catino. Et fili⁹ quidem hois vadit: sicut scriptum est de eo. Ue autẽ hoi illi: p quem fili⁹ hois tradet. Bonum erat ei: si nõ esset nat⁹ homo ille. Et manducãtib⁹ illis: accepit iesus panẽ: ⁊ bñdicens fregit ⁊ dedit eis: et ait. ✠ Sumite: hoc est corp⁹ meũ. Et accepto calice gratias agẽs dedit eis: ⁊ biberunt ex illo oẽs. Et ait illis ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti: qui p̃o multis effundetur Amen dico vobis: q̃ iam nõ bibã de geni mine vitis vsq; i diẽ illum cum illud bibã nouuʒ i regno dei. Et hymno dicto: exierunt in montẽ oliuarũ. Et ait eis iesus. ✠ Oẽs scandalizabimini i nocte ista: q: scriptum est. Percutiã pastorem et dispergentur oues. Sed postea q̃ resurrexero: precedam vos in galileam. Petrus aũt: ait illi.

Et si oẽs scādalizati fuerint: sed
nō ego. Et ait illi iesus. ✠ Amē
dico tibi: q2 tu hodie in nocte hac
priusq̄ gall⁹ bis vocē dederit: ter
me es negatur⁹. At ille āplius lo
quebatur. Et si oportuerit me si
mul cōmori tibi: non te negabo.
Similit' aūt ꝛ oēs dicebāt. ꝛ veni
unt in p̄diū cui nomē gethsema
ni: ꝛ ait discipl'is suis ✠ Sedete
hic: donec orē Et assumit petrū ꝛ
iacobū ꝛ iohānē secū: ꝛ cepit pa
uere ꝛ tedere. Et ait illis. ✠ Tri
stis est aīa mea vsq3 ad mortem
Sustinete hic: ꝛ vigilate. et cū p
cessisset paululū: pcidit sup terrā
ꝛ orabat vt si fieri posset trāsiret
ab eo hora. Et dixit. ✠ Abba pr̄
oīa tibi possibilia sunt: trāsfer ca
licē hūc a me. Sed nō qđ ego vo
lo: s3 qđ tu Et venit: ꝛ iuenit eos
dormientes. Et ait petro. ✠ Sy
mō dormis? Nō potuisti vna ho
ra vigilare? Vigilate ꝛ orate: vt
nō intretis in tētationē Spirit⁹
quidē prompt⁹ est caro vero ifir
ma. Et iterū abiēs: orauit eundē
sermonē dicēs Et reuers⁹ denuo
inuenit eos dormiētes. Erāt eni
oculi eorū grauati: ꝛ ignorabant
qđ respōderent ei. et venit tertio
et ait illis. ✠ Dormite iā ꝛ requi
escite. Sufficit. Venit hora: ecce
tradet' filius hoīs in manus pec
catorū. Surgite eam⁹: ecce q̄ me
tradet ppe ē. Et adhuc eo loquē
te: venit iudas scarioth/ vn⁹ de
duodecim: ꝛ cū eo turba multa
cū gladijs et lignis a summis sa
cerdotib⁹: ꝛ scribis ꝛ senioribus.
Dederat aūt traditor eis signū:
dicens. Quemcūq3 osculat⁹ fue
ro ipe est: tenete eū ꝛ ducite cau
te. Et cū venisset: itati accedens
ad eū ait. Rabbi. Et osculat⁹ est
eū. At illi man⁹ iniecerūt i iesū: ꝛ
tenuerūt eū. Vn⁹ aūt qđā de cir
cūstātib⁹: educens gladiū pcus
sit seruū summi sacerdot': ꝛ am
putauit illi auriculā. Et rñdens
ies⁹: ait illis. ✠ Tāq̄ ad latronē
existis cū gladijs ꝛ lignis cōprehē
dere me. Quotidie erā apđ vos i
tēplo docens: ꝛ nō me tenuistis.
S3 vt ipleant' scripture. Tūc di
scipl'i ei⁹ relinquētes eū: oēs fuge
runt. Adolescēs autē qđā seque
bat' eū amictus syndone sup nu
do: ꝛ tenuerūt eū. At ille reiecta
syndone: nudus pfugit ab eis. ꝛ
adduxerunt iesū ad summū sa
cerdotē: ꝛ cōuenerunt oēs sacerdo
tes ꝛ scribe ꝛ seniores. Petr⁹ aūt
a lōge secut⁹ est eū vsq3 intro in
atriū summi sacerdotis. Et sede
bat cū ministris ad ignē: ꝛ calefaci
ebat se. Sūmi vero sacerdotes ꝛ
oē cōsiliū q̄rebāt aduers⁹ iesum te
stimoniū: vt eū morti traderēt
nec inueniebāt Multi autē falsū
testimoniū dicebāt aduers⁹ eū:
ꝛ cōuenientia testimōia nō erāt.
Et qđā surgentes falsū testimo
niū ferebāt aduers⁹ eū: dicētes
Qm̄ nos audiuim⁹ eum dicentē
ego dissoluā tēplū hoc manufa
ctū: ꝛ post triduū aliđ nō manu
factū edificabo. Et nō erat cōue
niēs: testimoniū illorū. Exurgēs
aūt sūmus sacerdos i mediū: iter

rogauit iesum dicens Nõ rñdes quicquid ad ea: q tibi obijciunt ab his Ille autẽ tacebat & nichil rñdit. Rursum summ⁹ sacerdos iterrogabat euz: & dixit ei. Tu es xp̃s filius dei bñdicti: Jesus aũt dixit illi. ✠ Ego sũ. Et videbit' filiuz hois sedentẽ a dextris virtut' dei et venientẽ i nubib⁹ celi. Sũm⁹ aũt sacerdos scindens vestimẽta sua: ait Quid adhuc desideram⁹ testes: Audist' blasphemiã. quid vobis videt': Qui oẽs cõdẽnauerunt eũ: esse reum mort' Et ceperũt qdã cõspuere euz & velere faciẽ ei⁹: & colaphis eum cedere & dicere ei. Prophetiza Et ministri alapis eũ cedebãt. et cũ esset petr⁹ in atrio deorsũ: venit vna ex ãcillis sũmi sacerdot'. Et cũ vidisset petrũ calefaciẽtẽ se: aspiciẽs illũ ait. Et tu cũ iesu nazareno eras. At ille negauit dicẽs. Neqꝫ scio: neqꝫ noui qd dicas. & exijt foras ante atriũ: & gallus cãtauit Rursum aũt cũ vidisset illum ãcilla: cepit dicere circũstãtib⁹: q: hic ex illis ẽ. At ille iter negauit. & post pusillũ rursus q astabãt: dicebãt petro. Uere ex illis es: nã & galileus es. Ille aũt cepit anathematizare: & iurare: q: nescio hoiez istũ quẽ dicit'. Et stati iter gall⁹ cantauit. Et recordat⁹ est petr⁹ verbi qd dixerat ei ies⁹: priusq̃ gall⁹ cantet bis: ter me negabis. Et cepit flere. Et ↄfesti mane ↄsiliũ faciẽtes sũmi sacerdotes cũ senioribus & scribis & vniuerso ↄsilio vicientes iesuz duxerunt & tradiderunt pilato. Et iterrogauit eum pilat⁹. Tu es rex iudeor: At ille rñdens: ait illi. ✠ Tu dicis. et accusabãt eum sũmi sacerdotes in mult' Pilat⁹ autẽ rursum iterrogauit eum dicẽs. Nõ rñdes quicq̃: Uide i quãtis te accusant. Jesus autem ãplius nichil respõdit ita vt miraret' pilatus Per diem autẽ festũ solebat dimittere illis vnũ ex vinct': quẽcunqꝫ petijssẽt Erat autem q dicebat' barras q cum seditiosis erat vinct⁹: q in seditiõe fecerat homicidiũ. Et cuz ascẽdisset turba: cepit rogare sicut semp faciebat illis Pilat⁹ autẽ rñdit eis: & dixit. Uult' dimittã vobis regez iudeor: Sciebat eñi q p inuidiã tradidissent eum sũmi sacerdotes. Põtifices autẽ cõcitauert turbã: vt magis barrabã dimitteret eis. Pilatus autem iter rñdens: ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeor: At illi iter clamauerunt. Crucifige eũ. Pilat⁹ vero dicebat illis Quid eñi mali fecit: At illi magis clamabãt. Crucifige euz. Pilat⁹ autẽ volens pplo satisfacere dimisit illis barrabã: et tradidit iesuz flagellis cesum vt crucifigeret' Milites autẽ duxerũt eum in atrium ptorij & cõuocant totã cohortez: & induunt eũ purpura: et iponunt ei plectẽtes spineã coronam: & cepert salutare eum. Aue rex iudeor Et pcutiebant caput ei⁹ arũdine: & cõspuebant eum: & & ponẽtes genua adorabant eũ. Et postq̃ illusert ei: exuerũt illũ

purpura: ꝛ īduerunt illū vestimē
tis suis: ꝛ educūt illū / vt crucifi
gerent eum. Et angariauerūt p̄re
tereuntē quempiā symonē cyre
neū: venientē de villa patrē alexā
dri ꝛ ruffi / vt tolleret crucem ei⁹
Et pducūt illū i golgotha locū:
qđ est iterp̄tatum caluarie locus
Et dabāt ei bibere myrrhatū vi
nū: ꝛ nō accepit. Et crucifigētes
eū: diuiserūt vestimēta ei⁹ mitten
tes sortem sup eis: q̄s q̄d tolleret.
Erat aūt hora tertia: ꝛ crucifixe
rūt eū. ꝛ erat titul⁹ cause ei⁹ iscri
ptus rex iudeor. Et cū eo crucifi
gūt duos latrones: vnū a dextr
et aliū a sinistris ei⁹: ꝛ adipleta ē
scriptura q̄ dicit. ꝛ cū iniq̄s repu
tat⁹ est Et p̄tereūtes blasphema
bāt eū mouentes capita sua: ꝛ di
cētes. Vah q̄ destruit tēplū dei: ꝛ
in trib⁹ dieb⁹ reedificas Saluū
fac temetip̄: descēdēs de cruce.
similit et sūmi sacerdotes illudē
tes ad alterutrū: cū scribis dice
bāt. Alios saluos fecit: seip̄m nō
potest saluū facere: xp̄s rex isrl'
descendat nūc de cruce: vt videa
m⁹ ꝛ credam⁹. et q̄ cū eo crucifixi
erāt cōuiciabant ei. Et factā hora
sexta: tenebre facte sūt p totā ter
rā vsq̄ i horā nonā. Et hora no
na exclamauit ies⁹ voce magna
dicēs. ✠ Heloy: heloy lamazaba
tani: Qđ est iterp̄tatū. De⁹ me⁹:
deus me⁹ vt q̄d dereliq̄sti me: Et
quidā de circūstātib⁹ audiētes di
cebāt. Ecce heliā vocat. Currēs
aūt vn⁹: ꝛ iplens spongiā aceto:
circūponensq̄ calamo potū da
bat ei dicēs. Sinite. Videam⁹ si
veniat helias ad deponendū eū.
Jesus aūt emissa voce magna ex
pirauit. P̄r no. Aue ma. In ma
nus. Et velū tēpli scissū est i duo
a sūmo vsq̄ deorsū. Videns aūt
cēturio q̄ ex aduerso stabat: q2 sic
clamans expirasset ait. Vere hic
hō fili⁹ dei erat. Erāt aūt ꝛ muli
eres de lōge aspiciētes / iter quas
erat maria magdalene: ꝛ maria
iacobi minoris: ꝛ ioseph mater ꝛ
salome. Et cū esset i galilea seq̄
bant eū ꝛ ministrabāt ei: et alie
multe q̄ simul cū eo ascenderāt
hierosolimā. Euāgelium.

ET cum iā sero factū esset q2
erat parasceue qđ ē āte sabbatū
venit ioseph ab arimathia nobi
lis decurio: q̄ ꝛ ipse erat expectās
regnū dei. Et audacter itroiuit
ad pilatū: ꝛ petijt corp⁹ iesu. Pi
lat⁹ autem mirabat si iā obijsset
Et accersito cēturione: iterroga
uit eum si iā mortu⁹ esset Et cū
cognouisset a cēturiōe: donauit
corp⁹ ioseph Joseph aūt mercat⁹
syndonē ꝛ deponens eū iuoluit
syndone: ꝛ posuit eum in monu
mento qđ erat excisum de petra.
Et aduoluit lapidem: ad ostium
monumēti. Offr. Custodi me dñe
de manu peccatoris: ꝛ ab hominibus ini
quis eripe me domine. V. Qui cogitaue
runt supplantare gressus meos: abscon
derūt superbi laqueū michi. Secreta.

DJcate tibi plebis domine q̄s
oblationes sanctifica: vt a
terrene vetustatis cōuersatione
mundati: celestis vite p̄fectib⁹

innouemur. p d. Coio Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant vinū: ego vero orationē meā ad te dñe tēpus bñplaciti de⁹ i multitudine mie tue. Postc.

Repleti dñe sacri muneris grā supplices exoram⁹: vt q̄ gustu corporeo dulci veneratione cōtingim⁹: dulciora mētib⁹ sentiamus. p d. Suppplm. Oro

Tua nos mia deus et ab oi surreptiōe vetustat' expurget: ꝛ capaces sancte nouitat' efficiat. p d. ❡ Feria .iiij. Officiuz.

In noie dñi omne genu flectat celestiū terrestrium: ꝛ ifernor qr dñs fact⁹ ē obediēs vsqꝫ ad morte: mortē aūt crucis: ideo dñs iesus xp̄s i glīa ē dei pr̄is. ps. Dñe exaudi orōnē meā: ꝛ clamor me⁹ ad te veniat. Sequat oro sine Dñs vo. sed tm̄ cū Orem⁹. et Flectam⁹ genu Orō.

Presta q̄s op̄s deus vt qui nr̄is excessibus incessanter affligimur: p vnigeniti tui passionem liberemur. Qui te. Lcō

Esaie prophete. lxij. et. lxiij.

Offertorium. Intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suã et apparuerunt fontes aquarum alleluya.

Secreta. Suscipe domine preces ecclesie tue: redemptionis sue gratia exultantis: vt presentium munerum fide: et tue resurrectionis credulitate pascatur. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum.

Communio. Si consurrexistis cum christo que sursum sũt querite alleluya: vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite alleluya. Postcõio.

Sanctificẽt nos domie que sumus sumpta mysteria: et paschalis obseruãtie sufficientez nobis tribuãt facultatez. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per oĩa secula seculorum.

Feria quarta. Officium.

Venite bñdicti pr̃is mei: percipite regnũ all'a: qđ vobis paratũ est ab origine mundi alleluya alleluya alleluya. Ps. Cantate domino canticum nouum: qa mirabilia fecit. Oratio.

Deus qui nos resurrectiõis dominice annua solennitate leti ficas: cõcede propicius. vt per tẽporalia festa que agim⁹ peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat ĩ vnitate spiritussancti deus. Per oĩa secula seculoruz

Lectio actuũ apostolorum. iij. c.

In diebus illis. Aperiens petrus os suũ: dixit. Viri israelite: et qui timetis deũ audite. Deus abraham et deus ysaac et de⁹ iacob deus patrũ nostrorum glorificauit filiũ suum iesum: quem vos quidem tradidistis et negast' ante faciem pylati iudicante illo dimitti. Vos autem sãctum et iustum negastis: et petistis virũ homicidam donari vobis. Auctorẽ vero vite iterfecistis: quem deus suscitauit a mortuis cui⁹ nos testes sumus Et nũc fratres scio q: per ignorantiam fecistis: sicut et principes vestri. Deus autem qui prenũciauit per os omnium prophetarũ pati christum suum: impleuit sic. Penitemini igitur et cõuertimini: vt deleant peccata vestra.

Graduale. Hec dies. V. Dextera domini fecit virtutẽ: dextera domini exaltauit me. Alleluya. V. Surrexit dominus et occurrens mulieribus: ait: Aue tũc accesserunt et tenuerũt pedes eius.

Sequẽtia. Concinat orbis cunct⁹ alleluya Votis voce solennia. Celebrando paschalia. Insontuz tenera cõgaudeat turma sacro fonte nitida. Spernẽs phlegetontis vndas. Nos quoqz laxas aptem⁹ fibras arte musica. Voce sonora modificãtes prosis neumata Voce sat' tinnula Christus nãqz mitis hostia Factus nostra ob remedia. Crucis ptulit pbra. Et iugis vita manens subijt letalia. Fellis amara passus prelibare pocula. Vulnera sat' tolerauit dira: trãsfixus clauis et lan-

cea. Sic patiendo mala gerés nostra descendit ad ima tartara Hostis antiqui quo defringés arma reuehit potens ampla ouádo trophea Sicqȝ deuicta morte ac resūpta carne resurgit victor die tercia Unde iam iocundas ipi canamus odas. Per quem nobis vita plausit eterna: ⁊ celi clara nob' patescit aula. Cui sit laus preclara.

Secundum iohannem .xxi. capi.

In illo tempore. Manifestauit se iesus iterum discipulis suis ad mare tyberiadis: manifestauit autem sic. Erāt simul symon petrus et thomas qui dicitur didim': ⁊ nathanael qui erat a chana galilee et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis symon petrus. Uado piscari. Dicūt ei. Uenimus et nos tecum Et exierunt ⁊ ascenderunt in nauim: et illa nocte nichil prendiderunt. Mane autem facto stetit iesus in littore: nō tamen cognouerūt discipuli / quia iesus est. Dixit ergo eis iesus. Pueri: nūquid pulmentarium habetis? Responderunt ei. Non. Dixit eis. Mittite i dexteram nauigij rhete: ⁊ inuenietis. Miserunt ergo rhete ⁊ iā non valebant illud trahere pre multitudie piscium. Dicit ergo discipulus ille quē diligebat iesus petro. Dominus est. Symon petrus cū audisset / quia domin' est: tunica succinxit se / erat eñ nudus et misit se i mare Alij autē discipuli nauigio venerunt. Non enim lōge erāt a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rhete pisciū. Ut ergo descenderunt in terram: viderunt prunas positas / ⁊ piscem superpositum et panem Dicit eis Afferte de piscibus: quos prendidistis nūc. Ascendit symon petr' ⁊ traxit rhete in terrā plenuȝ magnis piscibus cētum quinquagita tribus. Et cum tanti essent: nō est scissum rhete. Dicit eis ies' Uenite prādete. Et nemo discumbētium audebat iterrogare eum tu quis es: sciētes quia dominus est Et venit iesus et accepit paneȝ ⁊ dedit eis: et piscem similiter. Hoc iam tercio manifestatus est iesus discipulis suis: cum resurrexisset a mortuis. Credo. Offertorium.

Portas celi aperuit dominus: et pluit illis manna vt ederent: panem celi dedit illis / panem angelorum manducauit homo alleluya.

Secreta.

Sacrificia dñe paschalibus gaudijs immolata nobis tue ꝓpiciatiōis munus obtineant: quibus ecclesia tua mirabilit pascitur et nutritur. Per dominum nostruȝ iesum christum filium tuū. Qui.

Cōmunio. Christus resurgēs ex mortuis: iam non moritur alleluya mors illi vltra non dominabitur alleluya allā.

Postcommunio.

Ab omni nos quesumus domine vetustate purgatos: sacramēti tui venerāda pceptio: in nouā transferat creaturam. Per dominum nostrum iesum christum filium.

Feria quinta. Officium

Uictriceȝ manum tuā domie laudauerūt pariter

alleluya: quia sapientia aperuit os mutum et linguas infantium fecit disertas alleluya alleluya. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Oratio. Deus qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da ut renatis fonte baptismatis: una sit fides mentium: et pietas actionum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vivit.

Lectio actuum apostolorum. viij. capi.

In diebus illis. Angelus domini locutus est ad philippum: dicens. Surge et vade contra meridianum ad viam que descendit ab hierusalem in gazam: hec est deserta. Et surgens abijt. Et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopum / qui erat super omnes gazas eius / venerat adorare in hierusalem et: revertebatur sedens super currum suum: legensque esaiam prophetam. Dixit autem spiritus philippo. Accede et adiunge te ad currum istum. Accurrens autem philippus audivit eum legentem esaiam prophetam: et dixit Putas ne intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo possum intelligere nisi alius ostenderit michi? Rogavitque philippum: ut ascenderet et sederet secum. Locus autem scripture hic erat quem legebat. Tanquam ovis ad occisionem ductus est: et quasi agnus coram tondente se: sine voce. sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est: generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius Respondens autem eunuchus philippo: dixit. Obsecro te: de quo propheta dixit hoc: de se an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os suum: et incipiens a scriptura ista evangelizavit illi iesum. Et dum irent per viam venerunt ad quandam aquam Et ait eunuchus Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autem philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et respondens ait. Credo dei filium esse iesum christum. Et iussit stare currum. Et descenderunt uterque in aquam philippus et eunuchus: et baptizavit eum. Cum autem ascendissent de aqua spiritus domini rapuit philippum et amplius eunuchus non vidit eum Ibat autem per viam suam gaudens philippus autem inventus est in azoto. Et pertransiens evangelizabat civitatibus cunctis donec veniret cesaream: nomen domini nostri iesu christi.

Graduale Hec dies. V. Lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput anguli: a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Non repetatur graduale ac die post suum versum nec in sequenti die. Alla. V. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Sequen.

Dic nobis quibus e terris nova. Cuncto mundo nuncians gaudia. Nostram rursum visitas patriam? Respondens placido vultu clara voce dixit alleluya. Angelus michi de christo indicavit pia mi

racula. Resurrexisse d̄nm syderū cecinit voce laudanda Mox ergo pennas volucris vacuas dirigēs leta per auras. Redijt famulis et dixit vacuatā legem veterē et nouam regnare gratiā. Itaqꝫ plaudite famuli voce clara xp̄s hodie redemit nos a morte dira. Pař filiū tradidit seruis vt interimerēt pro salute nostra. Spōte subijt filius mortē vt nos redimat morte ab eterna. Nūc requiē capere licet oībus et vita frui perpetua Nūc colite pariter mecum famuli celebri laude sanctum pascha. Christus est pax nostra. Scdm ioh. xx.

IN illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris plorās. Dum ergo fleret inclinauit se: et ꝓspexit in monumentū. Et vidit duos angelos in albis sedentes vnū ad caput: ⁊ vnum ad pedes: vbi positū fuerat corpus iesu. Dicūt ei illi Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meū: et nescio vbi posuerūt eum. Hec cum dixisset: cōuersa est retrorsum: et vidit iesum stantē ⁊ nesciebat quia iesus est Et dicit ei iesus. Mulier qd ploras? Quē queris? Illa estimās quia ortolanus esset: dicit ei. Domine: si tu sustulisti eū: dicito michi vbi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa dicit ei. Raboni: qđ diciť magister. Dicit ei ies⁹ Noli me tangere: nōdum enim ascendi ad patrem meum. Vade autē ad fratres meos et dic ei. Ascendo ad patrem meum et patrē vestrum deum meū et deum vestrum. Venit ergo maria magdalene annunciās discipulis quia vidi dominum: et hec dixit michi. Credo. Offertorium

In die solennitatis vestre dicit domin⁹ inducam vos in terram fluentem lac et mel alleluya. Secreta.

SVscipe quesumus domine munera populorum tuorꝫ propicius vt confessione tui nominis et baptismate renouati sempiternā beatitudinem cōsequantur. Per dominū nostrum iesum christū filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorꝫ.

Cōmunio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius alleluya: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumē suum alleluya. Postcomunio.

EXaudi d̄ne preces nostras vt redemptionis nostre sacrosancta commercia et vite nobis conferant presentis auxilium: et gaudia sempiterna concilient. Per dominum nostrum iesum.

Feria sexta. Officium:

EDuxit eos domin⁹ in spe alleluya: ⁊ inimicos eorꝫ operuit mare alleluya alleluya alleluya. Ps. Attendite popule meus legem meam: iclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

OMnipotēs sempiterne de⁹ qui paschale sacramentum in reconciliationis humane federe contulisti: da mentibus nostris: vt quod ꝓfessione celebramus / imitemur effectu. Per dominū nostrum iesum

Lectio epistole beati petri apostoli. prime tertio capitulo.

Charissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis: vt nos offerret deo mortificatos quidem carne viuificatos autem spiritu. In quo et his qui in carne erant spiritualiter veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquando: quando expectabant dei patientiam: in diebus noe cum fabricaretur archa: in qua pauci id est octo anime salue facte sunt per aquam. Quod et vos nunc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium: sed conscientie bone interrogatio in deum. Per resurrectionem iesu christi: qui est in dextera dei. Gradua. Hec dies quam fecit dominus. V. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Non repetatur graduale. Alleluya. V. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno. Sequentia.

Victime paschali laudes: immolant christiani. Agnus redemit oues christus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando dux vite mortuus regnat viuus. Dic nobis maria quid vidisti in via? Sepulchrum christi viuentis/ et gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes sudarium et vestes. Surrexit christus spes nostra precedet vos in galilea. Credendum est magis soli marie veraci quam iudeorum turbe fallaci. Scimus christum surrexisse a mortuis vere tu nobis victor rex miserere. Secundum matheum. xxviij. capitulo.

In illo tempore. Undecim discipuli abierunt in galileam in montem: vbi constituerat illis iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens iesus locutus est eis dicens. Data est michi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos: in nomine patris et filij et spiritussancti docentes eos seruare omnia quecunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Credo in vnum. Offertorium. Erit vobis hec dies memorialis alleluya: et diem festum celebrabitis solennem domino in progenies vestras legitimum sempiternum diem alleluya alleluya alleluya. Secreta.

Hostias quesumus domine placatus assume: quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus: et pro acceleratione celestis auxilij. Per dominum nostrum. Communio. Data est michi omnis potestas in celo et in terra alleluya. euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritussancti alleluya alleluya. Postcommunio.

Deus qui adoptionis tue sobolem in peccatorum remissionem genuisti: da vt cuncti fideles tui veraciter apprehendant que presentibus susceperunt sacramentis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

¶ Sabbato. Officium.

Duxit dñs populũ suuz in exultatiõe alleluya: et electos suos i leticia alleluya alleluya. Ps. Cõfitemini dño i inuocate nomẽ eius annũciate inter gẽtes opera eius. Gloria patri. Oratio.

Concede quesumus omipotens deus: vt qui festa paschalia venerando egim⁹: per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dñm. Lectõ epistole beati petri apostoli. prime. ii. ca.

Charissimi. Deponẽtes igit omnẽ maliciam: et omnem dolum: et simulationes: et inuidias et oĩs detractiones sicut modo geniti infantes rationabiles et sine dolo lac cõcupiscite: vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis: quoniam dulcis est dñs Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidẽ reprobatum: a deo autem electuz et honorificatum: et ipsi tanq̃ lapides viui supedificamini domos spiritales: in sanctum sacerdotiũ offerentes spiritales hostias: accepta biles deo per iesũ christũ Propter quod continet scriptura. Ecce ponam in syon lapidẽ sũmũ angularem probatũ: electũ: preciosũ: et omis qui crediderit in eum non cõfundetur. Uobis igitur honor credẽtibus: non credentibus autez lapis quẽ reprobauerũt edificantes hic factus est in caput anguli: et lapis offensionis: et petra scandali: his qui offendũt verbo nec credunt in quo et positi sunt. Uos autem genus electũ: regale sacerdotiũ gens sancta. populus acquisitionis: vt virtutes ãnũcietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei nunc autem populus dei. Et qui non consecuti misericordiã: nũc autem misericordiam consecuti: Duo pueri i suppellicijs i pulpito dicãt Alleluya. V. Hec dies quaz fecit dominus exultemus et letemur in ea. Non repetatur Alleluya. Nunq̃ enim repetatur primum Alleluya post suum versum quando duo Alleluya. habentur: sed secundum Alleluya. semper repetatur post suum versum. Similiter fiet quando vnum solum Alleluya habetur Deinde alij duo pueri ad graduz chori in suppellicijs cantent hoc Alleluya. Vsus. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. et finiatur a choro. Statim sequatur alius versus ab eisdem pueris. Vsus Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsq3 in seculum. Similiter finiatur a choro Deinde repetatur Alleluya. sine neuma. Sequẽtia

Mane prima sabbati surgẽs dei filius nostra spes et gloria. Victo rege sceleris redijt ab inferis cum summa victoria. Cui⁹ resurrectio omni plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaq3 maria magdalene facta est prenuncia. Ferens christi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibus regem seculi: morte iam deposita prima est intuita

Hec est illa femina cuius cuncta crimina ad christi vestigia eius lauit gratia. Que dũ plorat et mẽs orat: facto clamat ꝙ cor amat iesum super omnia. Non ignorat quẽ adorat quid precetur sed delectur qd mens timet cõscia. O maria mater pia stella marꝫ appellaris operũ per merita. Matri christi coequata dũ fuisti sic vocata sꝫ honore subdita. Illa mũdi imperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia Illa enim fuit porta per quã fuit lux exorta: hec resurgẽtis prenũcia mũdũ replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena: apud christũ chorũ istum clemẽter cõsilia. Ut fons summe pietatis qui te lauit a peccatꝭ seruos suos atꝗ tuos mundet data venia. Amen dicãt omnia. Secundum iohannem. xx. capitulo.

In illo tẽpe. Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentũ: et vidit lapidẽ sublatũ a monumento. Cucurrit ergo et venit ad symonẽ petrũ ⁊ ad aliũ discipulum quem amabat iesus: et dixit eis. Tulerunt dominũ de monumento: ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Exijt ergo petrus et ille alius discipulus: et venerũt ad monumentũ. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro: et venit prior ad monumentũ. Et cũ se inclinasset: vidit lintheamina posita non tñ itroiuit. Uenit ergo symon petrus sequẽs eũ: ⁊ itroiuit i monumentũ. Et vidit litheamina posita: et sudariũ qd fuerat super caput eiꝰ: nõ cũ litheaminibꝰ positũ sed separatim inuolutũ i vnũ locũ. Tunc ergo introiuit ⁊ ille discipulus qui venerat primꝰ ad monumentũ: et vidit et credidit. Nondũ eñi sciebant scripturas: quia oportet eum a mortuis resurgere. Credo. Offertorium. Benedictus qui venit in nomine domini: benedicimus vos de domo domini: deus dñs et illuxit nobis allã allã. Secre.

Concede qs dñe semper nos per hec mysteria paschalia gratulari: vt cõtinua nostre reparatiõis operatio: perpetue nobis fiat causa leticie. Per dñm. Coio. Omnes qui i christo bapti zati estis christum induistis alleluya. Postcõmu.

Redemptiõis nostre munere vegetati quesumus dñe vt hoc perpetue salutis auxilio fides semper vera pficiat. Per dominum nostrum. ¶ Dominica in octaua pasche ad missam omnia fiãt sicut in die pasche preter graduale: et in loco eius dicetur. Alleluya. ℣. Pascha nostrum. Secũdum. Alleluya. ℣. Angelus domini Require i missa Quasi modo geniti infantes. cum vno versu tãtum: et cum hac sequentia.

Laudes saluatori voce modulemur supplici. Et deuotis melodijs celesti domino iubilemus messie. Qui seipsum exinaniuit vt nos pditos liberaret hoĩes Carne glãz deitatꝭ occulẽs

Pānis tegit in presepi miserans
precepti transgressorē pulsuz pa-
tria paradisi nuduluum. Joseph
marie symeoni subditur. Circun
ciditur ꝛ legali hostia mundatur
vt peccator: nostra qui solet rela-
xare crimina. Serui subit manꝰ
baptizādus: ꝛ perfert fraudes tē-
tatoris fugit persequentum lapi
des. Famem patitur dormit ꝛ tri
stat ac lauat discipulis pedes deꝰ
homo summus humilis. Sed ta-
men iter hec adiecta corporis eiꝰ
deitas nequaq̄ quit latere signis
varijs ꝛ doctrinis predita. Aquā
nuptijs dat saporis vini. Cecos
oculos claro lumine vestiuit. Le
pram luridam tactu fugat placi-
do. Putres suscitat mortuos: mē
braq3 curat debilia. Fluxum san-
guinis cōstrinxit: et saturauit q̄n
q3 de panibus quina milia. Sta-
gnum peragrat fluctuās ceu sic-
cum littus ventos sedat Linguā
reserat cōstrictam reclusit aures
priuatas vocibus: febres depulit
Post hec mira miracula taliaq3.
Sponte sua comprehēditur ꝛ dā
natur. Et se crucifigi non despe-
xit. Sed sol eiꝰ mortē nō aspexit.
Illuxit dies quam fecit dominꝰ.
Hostē deuastans ꝛ victor suis ap-
parens dilectoribus viuꝰ Primo
marie dehinc apostolis. Docens
scripturas: cor aperiēs vt clausa
de ipso reseraret. Fauēt igitur re
surgenti christo cuncta gaudijs.
Flores segetes rediuiuo fructu
vernant ꝛ volucres gelu tristi ter
so dulce iubilāt Lucēt clarius sol
ꝛ luna morte xp̄i turbida Tellus
herbida resurgenti xp̄o plaudit q̄
tremula eius morte se casurā mi-
nitat. Ergo die ista exultemꝰ qua
nobis viā vite resurgēs patefecit
iesus. Astra solū mare iocūdētur
ꝛ cūcti gratulētur in celis spirita
les chori trinitati. Infra canonē
Communicātes. ꝛ Hanc igitur.
sicut in die pasche dicuntur. nulla
meōria fiat de dñica q̄ illa dñica
lis per ebdomadā dicitur. Offm̄.

Quasi modo geniti īfātes
all'a rationabiles sine do
lo lac concupiscite all'a all'.
all'a. P̄s Exultate deo adiutori nostro:
iubilate deo iacob. nō dicitur Glīa in
excelsis. in ferijs per totū annū q̄n
de feria agitur: nec Ite missa. Orō

Presta q̄s oēs deus: vt q̄ pas
chalia festa pegimus: hec te
largiēte moribus ꝛ vita teneamꝰ
Per. In oībus ferijs pasche tp̄e ꝛ
in oībus festis triū lect. sine regi-
mine chori dicūtur tres collecte:
sicut in .j. dñica aduētus dñi p̄no
tatū est. Lcō ep̄l'e b. ioh. ap̄li .i. v.

Charissimi. Omne quod na
tum est ex deo: vincit mun-
dum. Et hec est victoria que vin
cit mundū: fides nostra. Quis est
autem qui vincit mūdū: nisi qui
credit quoniā iesus est filius dei?
Hic est qui venit per aquam ꝛ sā
guinem iesus christus Non in a-
qua solū: sed in aqua et sanguine
Et spiritꝰ est qui testificatur: quo
niam christꝰ est veritas. Quoniā
tres sunt qui testimoniū dant in
celo: pater: verbū: ꝛ sp̄us sanctus.

Et hi tres vnuz sunt. Et tres sũt qui testimoniũ dant in terra: spiritus: aqua: et sanguis. Et hi tres vnum sunt. Si testimonium hominũ accipimus: testimoniũ dei maius est. Quoniam hoc est testimoniuz dei quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filiũ dei: habet testimoniũ dei in se. Loco gradualis dicatur hoc. Alleluya. ℣. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulorũ suorum et dixit pax vobis. Alleluya: ℣. Angelus domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. Alius. ℣. Respondens autẽ angelus dixit mulieribus quẽ queritis ille autẽ dixerunt iesum nazarenum. Isti duo ℣. dicũtur per ebdomadã alternis vicibus: ita tamẽ q ℣. Respondens. primo dicit qñ de feria agitur. Et si nulla feria per hanc ebdomadã ad hoc vacauerit: tũc vltimus. ℣. eo anno omnino pretermittatur. Et notanduz est: q omni die per hoc idem tempus dicuntur duo Alleluya. ad missaz de quocũq fiet seruitiũ exceptis vigilijs pasche ascensionis et pẽthecostes: et nisi in missis que in processiõe dicunt. Scdm iohã. xx. ca.

In illo tempore: Cum esset sero die illo vna sabbatorũ: et fores essent clause: vbi erant discipuli congregati propter metũ iudeorum: venit iesus et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Et cuz hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Et cum hoc dixisset: insufflauit. et dixit eis. Accipite spiritum sanctũ. Quorum remiseritis peccata: remittuntur eis. Et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus: nõ erat cuz eis quãdo venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Uidimus dominũ Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum: et mittam digitum meum in locum clauorum: et mittã manum meam in latus eius: nõ credam. Et post dies octo: iterum erant discipuli eius intus et thomas cum eis. Uenit iesus ianuis clausis: et stetit in medio et dixit eis. Pax vob. Deide dixit thome Infer digitum tuum huc: et vide manus meas et affer manum tuam: et mitte in latus meum: et noli esse incredulus: sed fidelis. Respondit thomas et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti beati qui nõ viderunt et crediderũt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autẽ scripta sũt vt credatis: quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine eius.

Offertorium. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus: quem queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Suscipe munera quesumus domine exultantis ecclesie: et cui causam tanti gaudij contulisti: perpetuum fructum concede leticie. Per dominum. Communio. Mitte manum tuam et cognosce loca clauorum alleluya: et noli esse incredulus: sed fidelis alleluya alleluya.

Quesumus domine. Postcomunio. Deus noster vt sacrosancta misteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remedium esse facias et futurum. Per dominum nostrum. Feria. iiij.

Ad corinthios prime. xv. capitulo

Fratres: Si christus predicatur quod resurrexit a mortuis: quomodo quidam in vobis dicunt: quoniam resurrectio mortuorum non est. Si autem resurrectio mortuorum non est: neque christus resurrexit. Si autem christus non resurrexit: inanis est predicatio nostra: inanis est et fides vestra. Inuenimur autem et falsi testes dei: quoniam testimonium diximus aduersus deum: quod suscitauerit christum: quem non suscitauit: si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt: neque christus resurrexit. Quod si christus non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt: in christo perierunt. Si in hac vita tantum in christo sperantes sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam quidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes viuificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine: per iesum christum dominum nostrum.

Secundum marcum. xvi. capitulo

In illo tempore: Surgens iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene: de qua eiecerat septem demonia. Illa vadens nunciauit his qui cum illo erant lugentibus et flentibus. At illi audientes: quia viueret. et visus esset ab ea: non crediderunt. Post hec autem duobus ex his ambulantibus: ostensus est in alia effigie euntibus in villam. Et illi euntes nunciauerunt ceteris. Feria. vi.

Ad hebreos. xiii. capitulo.

Fratres. Obedite prepositis vestris. et subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. vt cum gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim. quia bonam conscientiam habemus in omnibus: bene volentes conuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere. quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti eterni dominum nostrum iesum christum aptet vos in omni bono. vt faciatis voluntatem eius. faciens in vobis quod placeat coram se per iesum christum. Cui est gloria in secula seculorum. Secundum matheum. xxviii.

In illo tempore. Exierunt mulieres de monumento cum timore et gaudio magno. currentes

nunciare discipulis eius Et ecce iesus occurrit illis: dicēs. Auete. Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius: et adorauerunt eum. Tūc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nūciate fratrib⁹ meis: vt eant in galileam: ibi me videbunt. Que cū abijssent: ecce quidam de custodib⁹ venerunt in ciuitatem: et nunciauerunt principibus sacerdotum oia que facta fuerant. Et cōgregati cum senioribus: consilio accepto: pecuniā copiosam dederunt militibus dicentes Dicite quia discipuli eius nocte venerūt: et furati sunt eū nobis dormiētibus. Et si hoc auditum fuerit a p̄side: nos suadebimus ei: et securos vos faciem⁹. At illi accepta pecunia: fecerūt sicut erant edocti. Et diuulgatū est verbū istud apud iudeos vsq3 in hodiernum diem. Sciendum est q in oi festo cū regimie chori ab octaua pasche vsq3 ad ascensionem domini secundū Alleluya. erit vnum de subscriptis: quib⁹ dictis dicūtur illa de ebdomada pasche videlicet de tertia quarta et quinta feria p ordinem: quib⁹ dictis reincipiātur subscripta et sunt nouem in numero. Alleluya ℣. Mane nobiscū domine quia inclinata est iam dies ad vesperum. Alleluya. ℣. Oportebat pati christum et resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriam suam. Alleluya. ℣. Christus resurgēs ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dñabitur. Alleluya. ℣. Surrexit altissimus de sepulchro: qui pro nobis pepēdit in ligno. Alleluya. ℣. Surrexit christus et illuxit populo suo quem redemit ipse sanguīe suo. Alleluya. ℣. Christus mortuus est pter delicta nostrā et surrexit propter iustificationem nostrā. Alleluya. ℣. Surgēs iesus dominus noster stetit i medio discipulorū suorū: et dixit pax vobis. Alleluya. ℣. Surrexit dñs et occurrēs mulierib⁹ ait auete: tūc accesserunt et tenuerūt pedes eius. Alla. ℣. In die resurrectōis mee dicit domin⁹ precedā vos in galileam.

¶ Si in hac dñica vel i sequētib⁹ fiat seruitiū de aliquo festo cū regimie chori tunc ad missā scdm. Alla. nō de dñica: sed vnū de tribus predictis p ordinē. Dñica secunda post pascha: hac die et oib⁹ dñicis dieb⁹ vsq3 ad ascēsionē dñi si afine cū regimie chori vacauerit dicatur missa de resurrectione sicut i die pasche pter grad. et sequētiā et Coicantes et Hanc igitur s3 nulla fiat mēoria de dñica ad missā de resurrectiōe Et semp dicit sequētia. Uictime paschalis. Et si festū alicui⁹ sancti cū regimie chori in dñica euenerit: tūc de sācto dicit missa et mēo. de resurrectiōe: sed nō de dñica. Notandū est q in oibus dñicis a pascha vsq3 ad ascensionē dñi erit primū Alla. ℣. Pascha nostrū. et secundū Alla. de sua dñica. s. qd plus facit mētionē de resurrectione: qd est vltimū. Et semp infra p̄dictum tēpus de quocunq3 dicitur missa fiat mēoria de resurrectiōe cum hac orōe Deus qui p vnige. nisi i inuētione sctē crucis. Missa vero

dñicalis per ebdomadã dr̃ cuz p̄fatiõe quotidiana. Et si nulla feria per ebd̃. vacauerit a festo tũc in dñica i. capit. dr̃. ¶ Missa dñicalis ebdomade sc̃de. Officium.

Misericordia dñi plena ẽ terra alleluya: v̄bo dñi celi firmati sũt all'a all'. p̄s. Exultate iusti in dño rectos decet

Deus q̄ in tuo (collaudatio. filij tui humilitate iacentẽ mundum erexisti: fidelib⁹ tuis p̄petuã cõcede leticiã: vt quos perpetue mort' eripuisti casib⁹: gaudijs facias sempiternis perfrui. Per eundẽ. i. Lcõ ep̄l'e bt̄i petri

Charissimi: apostoli. ij. ca. Christus passus est p̄ nobis vobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia ei⁹. Qui peccatum non fecit: nec inuent⁹ est dolus in ore eius. Qui cum malediceret̃: nõ maledicebat. Cũ pateretur: nõ cõminabatur Tradebat autẽ iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ip̄e pertulit in corpore suo super lignũ: vt peccatis mortui iusticie viuamus cuius liuore sanati sumus. Eratis eñ̄ sicut oues errãtes sed ꝯuersi nunc estis ad pastorẽ ꝛ episcopum aiarum vestrarum. Alleluya. ℣. Ego sum pastor bonus et cognosco oues meas et cognoscunt me mee. Alleluya. ℣. Surrexit pastor bonus qui posuit animam suam pro grege suo. Secundũ

In illo tem- iohannẽ. x. ca. pore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor: aĩam suã dat pro ouibus suis. Mercẽnarius autem et qui non est pastor cuius nõ sunt oues proprie: videt lupum veniẽtem ꝛ dimittit oues ꝛ fugit: et lupus rapit: ꝛ dispergit oues. Mercẽnarius autem fugit q2 mercennarius est: ꝛ nõ pertinet ad eũ de ouib⁹. Ego sum pastor bon⁹. Et cognosco oues meas: et cognoscũt me mee. Sicut nouit me p̄r et ego agnosco patrẽ: ꝛ aiaz meã pono p̄ ouib⁹ meis Et alias oues habeo que nõ sunt ex hoc ouili: ꝛ illas oportet me adducere: ꝛ vocem meam audiẽt. Et fiet vnuz ouile: ꝛ vnus pastor. Offertoriũ. Deus deus meus ad te de luce vigilo: et in nomie tuo leuabo manus meas all'a.

Benedictionẽ nobis Sec. domine cõferat salutarem sacra semp oblatio vt qđ agit misterio virtute p̄ficiat. Per. Coio. Ego sum pastor bonus alleluya: et cognosco oues meas et cognoscũt me mee alleluya alleluya. Postcommunio.

Presta nobis q̄s oṕs ꝛ misericors de⁹: vt viuificatiõis tue gratiã cõsequẽtes: i tuo semper munere gloriemur. Per. Feria iiij. i. Lcõ ep̄i. bt̄i petri ap̄li. i.

Charissimi: Scientes ꝙ nõ corruptilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra cõuersatione paterne traditionis: sed p̄cioso sanguine agni incontaminati ꝛ imaculati christi. precogniti quidez ante mundi ꝯstitutionẽ: manifestati autẽ nouissimis tẽporibus p̄pter vos qui per ipsum fideles estis in deo

qui suscitauit euȝ a mortuis: ⁊ de
dit gloriã vt fides vr̃a et spes es-
set in deum. Animas vestras ca
stificãtes in obediētia caritatis.
i fraternitat' amore. simplici ex
corde inuiceȝ diligite attentius:
renati nō ex semine corruptibili
sed incorruptibili p verbum dei
viui ⁊ permanentis. Quia omis
caro vt fenum: ⁊ omnis glĩa ei⁹
tanq̄ flos feni. Exaruit fenum:
et flos eius decidit. Verbum au-
tem domini manet in eternum.
Secundum lucam. xxiiij. capit.

IN illo tēpore: Una sabba-
ti valde diluculo venerunt
mulieres ad monumentum por
tantes que parauerūt aromata.
Et inuenerunt reuolutum lapidē
a monumento: ⁊ ingresse non in
uenerunt corp⁹ domini iesu. Et
factum est dum mēte consterna-
te essent de isto: ecce duo viri ste-
terunt iuxta illas: in veste fulgē
ti. Cum timerēt autem et decli-
narēt vultum in terram: dixerūt
ad illas. Quid queritis viuenteȝ
cum mortuis? Nō est hic: sed sur
rexit Recordamini qualiter locu
tus est vobis cū adhuc in galilea
esset: dicēs. Quia oportet filium
hois tradi in manus hominum
peccatorum: et crucifigi: ⁊ tertia
die resurgere. Et recordate sūt
verborum eius: ⁊ egresse a monu
mēto: nunciauerunt hec omnia
illis vndecim: ⁊ ceter' oib⁹. Erat
aūt maria magdalene ⁊ iohāna
⁊ maria iacobi: ⁊ cetere q̄ cū ipsis
erant / que dicebāt ad apostolos
hec Et visa sunt āte illos sicut de
liramēta verba ista: ⁊ non crede
bāt illis. Petrus aūt surgens cu-
currit ad monumētum: ⁊ procū-
bens vidit lintheamia sola posi-
ta Et abijt secum mirās quod fa
ctum fuerat. Feria. vj. Ad roma

FRatres: (nos. v. capitulo.
Sicut per vnius delictum
in omnes homines in cōdemna-
tionē: sic ⁊ p vnius iusticiā in om
nes hoies in iustificationē vite.
Sicut eñi p inobedientiā vnius
homis peccatores cōstitu ti sunt
multi: ita ⁊ p vnius obeditioneȝ
iusti cōstituunt multi. Lex enim
subintrauit vt abūdaret delictū
Ubi autem abundauit delictuȝ
supabundauit et grã: vt sicut re-
gnauit pctm̄ in mortē: ita et grã
regnet per iusticiā in vitam eter
nam. p iesum xp̄m dñm nostruȝ.

IN illo tpe: Ac- S. math. ix.
cesserūt ad iesum discipli io
hānis dicētes. Quare nos ⁊ pha-
risei ieiunam⁹ frequēter: discipli
aūt tui nō ieiunāt? Et ait illis ie
sus. Nūqd possūt filij spōsi luge
re: q̄diu cū illis ē spōsus? Uenient
aūt dies cū auferet ab eis spōs⁹: ⁊
tūc ieiunabūt. Nēo aūt immittit
cōmissurā pāni rudis: i vestimē-
tuȝ vet⁹. Tollet eñi plenitudinē
ei⁹ a vestimento: ⁊ peior scissura
fit. Neqȝ mittūt vinū nouum in
vtres: veteres Alioquin rūpunt
vtres et vinū effūdet ⁊ vtres pi-
bunt. Sȝ vinū nouuȝ i vtres no
uos mittūt: ⁊ ābo conseruant. Mis-
sa dñicalis hebdo. iij. post pasc ha.

I Ubilate deo omis terra alleluya: psalmū dicite nomini eiꝰ alleluya: date gloriam laudi eiꝰ. alleluya alleluya alleluya. Ps. Dicite deo ꝙ̃ terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue. Oratio.

D Eus qui errantibꝰ vt in viam possint redire iusticie veritatis tue lumen ostēdis: da cūctis qui xp̄iana ꝓfessione cēsent. ⁊ illa respuere q̄ huic inimica sunt noi: ⁊ ea q̄ sūt apta sectari. Per. Lectō ep̄le beati petri apostoli. j. ij. cap.

C Harissimi. Obsecro vos tāꝙ̃ aduenas et peregrinos: abstinere vos a carnalibꝰ desiderijs que militāt aduersus aiam. Cōuersationē vestrā inter gētes habētes bonam: vt in eo qđ detractāt de vobis tāꝙ̃ de malefactoribus: ex bonis operibus vos cōsiderātes: glorificent deū in die visitationis. Subiecti igit̄ estote omni humane creature ꝓpter deū. Siue regi quasi precellēti siue ducibus tanꝙ̃ ab eo missis: ad vindictā malefactorum. laudē vero bonor. Quia sic est voluntas dei: vt benefaciētes obmutescere faciatis: imprudētiū hoim ignorātiā Quasi liberi ⁊ nō quasi velamen habētes malicie libertatem: sed sicut serui dei. Omēs honorate: fraternitatē diligite Deum timete: regem honorificate. Serui subditi estote in omi timore dn̄is: non tantum bonis ⁊ modestis: sed etiam discolis. Hec est enī gratia. In christo iesu: domino nostro. Alleluya. V. Modicū et nō videbitis me dicit dominꝰ: iterū modicū et non videbitis me: q2 vado ad patrem. Alleluya. V. Iterum autē videbo vos et gaudebit cor vestrū et gaudium vestrū nemo tollet a vobis. All'a. V. Surrexit christus qui creauit omia et misertꝰ est humano generi. In hac hebdomad. ad missā in diebꝰ profestis primū Alleluya scilicet Modicum dicitur p totā hebdomadā loco gradual'. ⁊ alia duo dicūtur alternis vicibus in ferijs ⁊ in festis. iij. lectio. quod etiā in proxima sequēti hebdomada obseruādum est. Secundum iohannem xvj. capitulo.

I N illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Modicum ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me: quia vado ad patrē Dixerūt ergo discipuli eiꝰ ad inuicē. Quid est hoc quod dicit nobis: modicum ⁊ nō videbitis me et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem? Dicebāt ergo Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimꝰ quid loquitur. Cognouit autem iesus quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi/ modicum ⁊ nō videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me. Amen amē dico vobis: quia plorabitis ⁊ flebitis vos: mūdus aūt gaudebit. Vos aūt cōtristabimini: sed tristicia vestra vertet̄ i gaudiū Mulier cū parit tristiciā habet: q2 venit hora eius Cū aūt peperit puerū: iam nō meminit

pressure ꝓpter gaudiũ: q2 natus est homo in mundum. Et vos igitur nũc quidem tristiciam habetis. Iterum autem videbo vos: ⁊ gaudebit cor vestrum. Et gaudiũ vestrũ: nemo tollet a vobis. Offertorium. Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea: psallã deo meo q̃diu ero alleluya. Se.

HIs nobis quesumus domine misterijs cõferatur: quo terrena desideria mitigantes discam⁹ amare celestia. Per dominum nostrum. Cõmunio. Modicum et non videbitis me alleluya: iterũ modicum et videbitis me: quia vado ad patrem alleluya alleluya. Postcõio.

REspice quesumus dñe populum tuũ: ⁊ quem eternis dignatus es renouare misterijs: a tpalibus culpis dignanter absolue. Per. Feria quarta. Lectio epistole beati iohĩs aplĩ .i.ij. cap.

CHarissimi Hec scribo vobis vt nõ peccetis. Sed si quis peccauerit: aduocatum habem⁹ apud patrẽ iesum christum iustũ et ipse est ꝓpiciatio pro peccatis nostris. Non ꝓ nostris autẽ tantum: sed etiam ꝓ totius mundi. Et in hoc scimus quoniã cognouimus eum: si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eum et mãdata eius non custodit mẽdax est: et i hoc veritas nõ est. Qui aũt seruat verbũ ei⁹: vere in hoc caritas dei pfecta est. In hoc scimus: qm̃ in ipso sum⁹. Qui dicit se in ipso manere: debz sicut ⁊ ille ambulauit: ⁊ ipse ambulare Charissimi: nõ mãdatũ nouum scribo vobis: sed mandatũ vetus qđ habuistis ab initio. Mandatũ vet⁹ est: verbũ quod audistis Iterum mãdatum nouũ scribo vobis: qđ est verum in ipso et in vobis Qm̃ tenebre transierunt: ⁊ lumen verum iam lucet. Per iesum christũ dominum nostrum. Euangeliũ secundum iohannẽ .iij. capitulo

IN illo tẽpore: Facta est questio ex discipulis iohãnis cũ iudeis de purificatiõe. Et venerũt ad iohannẽ: et dixerũt ei. Rabi: qui erat tecum trãs iordanem cui tu testimoniũ phibuisti: ecce hic baptizat: ⁊ omẽs veniunt ad eum. Respõdit iohãnes: ⁊ dixit. Nõ potest homo accipere quicq̃ nisi datum fuerit illi de celo. Ipsi vos michi testimonium phibetis q̃ dixerim vobis: q2 ego non sum xp̃s sed quia missus sum ante illũ. Qui habet spõsam: spõsus est Amicus autem sponsi qui stat et audit eum: gaudio gaudet propter vocẽ sponsi. Hoc ergo gaudium meũ ipletum est. Illum oportet crescere; me autẽ minui. Qui desursum venit: sup oẽs est. Qui de terra est de terra est: ⁊ de terra loquit. Qui de celo venit: sup oẽs est. Et qđ vidit et audiuit hoc testatur: ⁊ testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit ei⁹ testimoniũ: signauit quia de⁹ verax est. Quem eĩm misit deus verba dei loquit. Nõ eĩm ad mẽsurã dat de⁹ spm̃. Pater diligit filium et omia dedit in manu eius Qui

credit in filiũ: habet vitã eternã Qui autem non credit filio: non videbit vitam: sed ira dei manet sup eum. Feria sexta. j. Ad thessolonicenses. v. capitulo.

FRatres: Omnes enim vos filij lucis estis ꝛ filij diei. Non sumus noctis neqꝫ tenebrarũ. Igitur nõ dormiamus sicut ꝛ ceteri sed vigilem⁹ ꝛ sobrij simus. Qui enim dormiunt: nocte dormiũt. Et q̃ ebrij sunt: nocte ebrij sunt. Nos aũt q̃ diei sum⁹ sobrij sim⁹: induti loricã fidei ꝛ caritat' ꝛ galeam spem salutis. Qm̃ non posuit nos deus in irã: sed in acq̃sitionem salutis per dominum nostrum iesuȝ christum qui mortuus est ꝑ nobis. vt siue vigilem⁹ siue dormiamus simul cũ illo viuamus. Propter quod cõsolamini inuicẽ: ꝛ edificate alterutrum In christo iesu: domino nostro. Secundum iohannem. xij. capi.

IN illo tẽpore: dixit iesus discipulis suis Ego lux in mũduȝ veni: vt oĩs qui credit in me in tenebris nõ maneat. Et si q̃s audierit verba mea et non custodierit ea: ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mũdum: sed vt saluificem munduȝ. Qui spernit me ꝛ nõ accipit verba mea: habet q̃ iudicet eũ. Sermo quẽ locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die Qꝛ ego ex meipso nõ sum locutus: sed q̃ misit me pater: ipse michi mãdatum dedit: quid dicam ꝛ quid loquar. Et scio quia mãdatum ei⁹ vita eťna est Que ergo ego nõ loquor / sicut dixit michi pať sic loquor. Missa dñicalis hebd. quarte post pascha.

Cantate dño canticũ nouum alleluya: qꝛ mirabilia fecit dñs alleluya ante conspectuȝ gentiũ reuelauit iusticiam suaȝ alleluya alleluya. Ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachiũ sanctũ eius.

DEus qui fidelium Oratio. mentes vnius efficis volũtatis / da ppl'is tuis id amare qđ precipis: id desiderare qđ promittis: vt iter mũdanas varietates ibi nr̃a fixa sint corda: vbi vera sunt gaudia. Per. Lectio epistole beati iacobi apostoli. j. capitu.

CHarissimi: omne datum optimum ꝛ omne donum ꝑfectum desursuȝ est descendens a patre luminum: apud quẽ non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Uolũtarie eñ genuit nos verbo veritatis: vt simus initiũ aliquod creature ei⁹. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autẽ oĩs homo velox ad audiendum: tardus auteȝ ad loquẽdum: ꝛ tardus ad iram. Ira eniȝ viri: iusticiam dei non operatur Propter quod abijciẽtes omneȝ imundiciam et abundantiã malicie: i mansuetudine suscipite insitum verbũ. Quod potest saluare aĩas vestras. Alleluya. V. Uado ad eum qui misit me: sed quia hec locutus suȝ vobis tristicia ĩpleuit cor vestrũ Alla. V. Ego veritatẽ dico vobis expedit vobis vt ego vadam. Alleluya. V.

Surrexit dñs vere: et apparuit petro. Et dicunt sicut in prima dñica precedenti. Se. iohannē. xvj. ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Vado ad eū q̄ misit me: ꝛ nemo ex vobis iterrogat me quo vadis. Sed q̄a hec locut⁹ sum vobis: tristicia impleuit cor vestrū. Sed ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si eñ nō abiero: paraclitus nō veniet ad vos. Si autem abiero: mittā eum ad vos. Et cū venerit: ille arguet mūdū de peccato: ꝛ de iusticia ꝛ de iudicio. De peccato quidem: quia nō crediderūt in me. De iusticia vero: quia ad patrem vado: ꝛ iam non videbitis me. De iudicio autē: q2 princeps huius mundi iam iudicat⁹ est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Cum autē venerit ille spirit⁹ veritatis: docebit vos omnē veritatē. Nō eñ loquetur a semetipso sed quecunq3 audiet loquetur: ꝛ que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: ꝛ annūciabit vobis. Oīa q̄cūq3 habet pater: mea sunt. Propterea dixi: q2 de meo accipiet / et annunciabit vobis.

Offertoꝛ. Jubilate deo vniuersa terra. iubilate deo vniuersa terra psalmū dicite nomini ei⁹: venite et audite ꝛ narrabo vobis omnes qui timetis deū quā ta fecit dñs anime mee all'a. Secreta

Deus qui resurgens a mortuis passione cessata: potētiorem te tuis discipulis reddidisti. cōce de propici⁹: vt nos quoq3 maiestati tue hoc paschale sacrificium cōciliet: et ad gratiā tuā promerendam in bonis operib⁹ efficiat promptiores. Qui viuis et regnas Coio. Dum venerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mūduz de peccato et de iusticia et de iudicio alleluya alleluya. Postcōio.

Adesto nobis dñe de⁹ noster vt p hec que fideliter sumpsim⁹: et purgemur a vicijs ꝛ a periculis omnibus eruamur. Per do.

Feria quarta. Lectio epistole beati iacobi apostoli. ij. capi.

Charissimi: Nolite in personarum acceptiōe habere fidē domini nostri iesu christi glorie. Etenī si introierit in cōuentum vestrum vir anulū aureū habēs in veste candida: introierit autē ꝛ pauper in sordido habitu: ꝛ intēdatis in eum q̄ indutus est veste preclara: ꝛ dixeritis ei: tu sede hic bene: pauperi autē dicatis tu sta illic: aut sede sub scabello pedum meoꝛ: nōne iudicatis apud vosmetipsos: ꝛ facti estis cogitationum iniquarū iudices? Audite fratres mei dilectissimi Nōne deus elegit pauperes in hoc mūdo: diuites autē in fide et heredes regni: quod repromisit deus diligētibus se? Vos autē exhonorastis pauperem. Nōne diuites per potentiam opprimūt vos: ꝛ ipsi trahunt vos ad iudicia? Nōne ipsi blasphemāt bonū nomen quod inuocatū est sup vos? Si tamē legē perficitis regalē secundum

scripturas diliges proximũ tuuz sicut teipm: benefacitis. Si autez personas accipit[is]: peccatum operami: redarguti a lege quasi trãsgressores. Quicũq[ue] autẽ totã legem seruauerit: offendat aũt in vno: fact[us] est oim reus. Qui eñ dixit non occides: dixit [et] non mechaberis. Quod si non mechaberis: occidas aũt fact[us] es trãsgressor legis. Sic loq[ui]mini [et] sic facite quasi per legẽ libertatis incipientes iudicare iudicium eñ sine misericordia illi qui nõ facit misericordiã. Superexaltat autez misericordia iudiciũ. Secundũ iohannem. xvij. capitulo.

In illo tempore: Respiciẽs iesus i discipulos suos: dixit. Pater sãcte serua eos in nomie tuo quos dedisti michi vt sint vnũ sicut [et] nos. Cũ essez cũ eis: ego seruabã eos in nomie tuo Quos dedisti michi custodiui: et nemo ex his periit: nisi filius pditiõis: vt scriptura impleatur. Nunc aũt ad te venio: [et] hec loquor i mũdo vt habeãt gaudiũ meum impletũ in semetipis. Ego dedi eis sermonẽ tuum [et] mundus odio eos habuit: q[uia] nõ sunt de mundo / sicut [et] ego nõ sum de mundo. Nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. Feria. vj. Lectio ep[isto]l[e] b[ea]ti iacobi ap[osto]li. ij. ca.

Charissimi: Uidetis quoniã ex operibus iustificatur homo: [et] nõ ex fide tantum. Similiter autẽ et raab meretrix nonne ex operib[us] iustificata est suscipiẽs nuncios: [et] alia via eiiciens? Sicut eniz corpus sine spiritu mortuum est: ita [et] fides sine operib[us] mortua est. Se. iohannẽ. xiij. ca.

In illo tempore. Dixit iesus discipl[is] suis. Filioli adhuc modicũ tẽpus vobiscũ suz. Queretis me: [et] sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos nõ potestis venire. Et vobis dico modo Mãdatũ nouũ do vobis vt diligat[is] inuicẽ sicut dilexi vos: vt [et] vos inuicez diligatis. In hoc cognoscẽt oms quia discipl[i] mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicẽ. Dixit ei symon petr[us]. D[omi]ne quo vadis? Respõdit iesus. Quo ego vado: nõ potes me modo sequi: sequer[is] autẽ postea. Missa d[omi]nicalis hebdomade. v. post pascha. Offm.

Vocem iocũditat[is] annũciate [et] audiat[ur] alleluya: nunciate vsq[ue] ad extremũ terre: liberauit d[omi]n[u]s populuz suũ alleluya all[eluy]a. Ps. Jubilate deo omnis terra psalmũ dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Oro.

Deus a quo cũcta bona procedunt / largire supplicibus tuis vt cogitemus te inspirãte que recta sunt: [et] te gubernãte eadẽ faciamus. Per d. Lectõ epistole b[ea]ti iacobi apostoli. j. capitulo.

Charissimi: Estote factores verbi [et] non auditores tãtuz: fallẽtes vosmetipos. Quia si q[ui]s est auditor verbi [et] nõ factor: hic cõparabit[ur] viro cõsideranti vultuz natiuitatis sue in speculo. Considerauit eñ se [et] abiit: [et] stati obli

tus est qualis fuerit. Qui autē ꝑspexerit in lege ꝑfecte libertatis et ꝑmanserit in ea: non auditor obliuiosus fact⁹ sed factor opis: hic beat⁹ in facto suo erit. Si qͥs aūt putat se religiosū esse nō refrenās linguā suā / sed seducens cor suum: huius vana est religio Religio mūda ꝛ imaculata apō deū ꝛ patrē hec est: visitare pupillos ꝛ viduas in tribulatiōe eor: et imaculatū se custodire ab hoc seculo. Alleluya. ℣. Usqꝫ modo non petistis quicq̄ in noīe meo petite et accipietis. Alleluya. ℣. Surrexit christ⁹ iā nō moritur: mors illi vltra non dominabitur. Scd̄m iohannē. xvi. capi.

In illo tēpore Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis / si quid petieritis patrē in noie meo: dabit vobis. Usqꝫ modo nō petistis quicq̄ in noie meo: Petite: et accipiet[is]: vt gaudiū vestrum sit plenū. Hec in ꝓuerbijs locut⁹ sum vobis. Uenit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palā de patre meo annūciabo vobis Illo die: i nomine meo petetis. Et nō dico vobis: q: ego rogabo patrem de vobis. Ipse eīn pater amat vos: q: vos me amastis et credidistis: q: ego a deo exiui. Exiui a patre et veni i mundū: iterū relinquo mundū ꝛ vado ad patrē. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palā loqueris: et ꝓuerbiū nullū dicis Nunc scimus quia scis omnia ꝛ nō opus est tibi: vt quis te interroget. In hoc credimus: q: a deo existi. Offertor. Benedicite gētes dominū deū nostrum. et obaudite voci laudis eius qui posuit animā meam ad vitam: et nō dedit cōmoueri pedes meos: benedictus dn̄s qui nō amouit depcationem meam et misericordiam suā a me alleluya. Secreta.

Suscipe quesum⁹ dn̄e fidelium p̄ces cum oblationibus hostiar: vt per hec pie deuotiōis officia ad celestem gloriam trāseamus. Per. Coio. Cantate domio alleluya. cantate domino et benedicite nomen eius bene nūciate de die in diem salutare eius alleluya all[uy]a. Postcoio.

Tribue nobis domie quesumus celestis mense virtute satiatis: et desiderare que recta sunt: ꝛ desiderata percipere. Per dn̄m. ¶ Feria scd̄a in rogationibus si a festo cū regimie chori vacauerit dicitur post sextam ꝑ magna missa scilicet. Uocem iocunditatis. vt s. in dominica. Et i ꝓcessione dicitur hec missa. Offm̄.

Exaudiuit de tēplo sācto suo vocē meā alleluya: et clamor meus in cōspectu eius itroiuit in aures eius alleluya alleluya. ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamētum meū et refugium meum: et libera[tor meus]. Oro.

Presta que[sumus] omnipotēs deus: vt q̄ i afflictiōe nostra de tua pietate cōfidimus: cōtra aduersa omiā tua semp ꝓtectione muniamur. Per dn̄m. Secūda oratio de sancto de quo est ecclesia illa Tertia oratio de oībus sanctis. Cōcede

quesumus. Lcō epistole beati iacobi apostoli. quito capitu.

re nobis quesumus domine semper spiritum cogitādi que recta sunt ppicius et agendi: vt q̄ sine te esse nō possumus: secūdū te viuere valeamus. Per. Epistola .j. Ad corinthios. x. capitulo.

Fratres: Non simus concupiscētes malorum: sicut et illi cōcupierunt. Neq̄ ydolatre efficiamini sicut quidam ex ipīs queadmodū scriptum est. Sedit populus mādūcare et bibere: et surrexerūt ludere. Neq̄ fornicemur sicut quidā ex ipīs fornicati sunt et ceciderūt vna die viginti tria milia. Neq̄ tētemus christum sicut quidam eorum tentauerunt: et a serpentibus perierūt Neq̄ murmurauerit sicut quidam eorum murmurauerunt: et perierūt ab exterminatore. Hec autem oīa: in figura contingebāt illis. Scripta autem sunt ad correptionem nostram: i quos fines seculorum deuenerūt Itaq̄ q̄ se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos nō apprehendat: nisi humana. Fidelis aūt deus est: qui nō patietur vos tentari sup id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam pūētum: vt possitis sustinere. Graduale.

Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. V. Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. Alleluya. V. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob sumite psalmū iocundum cū cythara. Secūdum lucam. xvj. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipl'is suis parabolā hāc Homo quidam erat diues qui habebat villicum: et hic diffamatus est apud illū quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illū: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde ratioñē villicatiōis tue. Jam enī nō poteris villicare. Ait autem villicus itra se. Quid faciā quia dominus me' aufert a me villicationem? Fodere nō valeo mēdicare erubesco Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipiāt me in domos suas: Cōgregatis itaq̄ singulis debitoribus domini sui: dicebat primo. Quantum debes domino meo? Et ille dixit Cētum cados olei Dixitq̄ illi Accipe cautionē tuam: et sede cito: scribe quinquaginta. Deide alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Cētū choros tritici Ait illi Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et

laudauit dominus villicum ini-
quitatis: quia prudenter fecisset
quia filij huius seculi prudentio
res filijs lucis in generatiõe sua
sũt. Et ego vobis dico. Facite vo
bis amicos de mammona iniqui
tatis: vt cuz defeceritis recipiãt
vos: i eterna tabernacula. Offer
torium. Iusticie domini recte letifi-
cãtes corda i dulciora sup mel et fauuz:
nã i seruus tuus custodit ea. Secreta

SUscipe munera quesum⁹
domine que tibi de tua lar-
gitate deferimus: vt hec sacrosã
cta mysteria gratie tue operante
virtute / ꝛ presentis vite nos con
uersatiõe sanctificent: ꝛ ad gau
dia sempiterna perducãt. Per d.
Cõmunio. Primum querite regnuz
dei et omnia adiiciẽtur vobis dicit do-
(minus. Postcommunio.

SIt nobis domĩe quesum⁹
reparatio mentis ꝛ corporis cele
ste mysteriuz: vt cui⁹ exequimur
actionem: sentiamus effectum
Per dominum nostrum. Feria
iiij. Ad romanos. vi. capitulo.

FRatres: Nescitis quoniam
cui exhibetis vos seruos ad
obediẽdum: serui estis ei⁹ cui obe
distis: Siue peccati in mortez: si
ue obeditionis ad iusticiaz. Gra-
tias autez deo: quod fuistis serui
peccati: obedistꝭ autẽ ex toto cor
de in eam formã doctrine in qua
traditi estis. Liberati aũt a pec-
cato: serui facti estis iusticie. In
xpo iesu: dño nr̃o. Se. lucã. xvi.

IN illo tpe: Dixit iesus disci
pulis suis Qui fidelis est in
minimo: ꝛ in maiori fidelis ẽ Et
q̃ in modico iniquus est: ꝛ i maio
ri iniqu⁹ est Si ergo i iniquo mã
mona fideles nõ fuistis: qđ verũ
est quis credet vobis: Et si in ali
eno fideles nõ fuistis: qđ vestruz
est quis dabit vobis: Nemo ser-
uus potest duobus dominis ser-
uire. Aut em̃ vnum odiet ꝛ alte-
rum diliget: aut vni adherebit: ꝛ
alterũ cõtẽnet Non potestis deo
seruire: ꝛ mãmone Audiebãt au
tẽ hec oĩa pharisei qui erãt aua-
ri: ꝛ deridebant illuz. Et ait illis
Uos estis qui iustificatꝭ vos corã
hominib⁹: deus aũt nouit corda
vestra Quia quod hoĩbus altũ ẽ
abomĩatio ẽ ante deũ. ¶ Dñica.
x. Offm.

D
Um clamarẽ
ad dñm exaudiuit vocez
meã ab his qui appropin
quant michi ꝛ hũiliauit eos q̃ est
ante secula ꝛ manet i eternũ: ia-
cta cogitatũ tuũ in dño ꝛ ipse te
enutriet. Ps. Exaudi deus orationez
meã: et ne despexeris deprecationẽ meã
intende michi et exaudi me. Oratio.

PAteãt aures misericordie
tue domine precib⁹ suppli
cantium: ꝛ vt petentibus deside
rata cõcedas: fac eos que tibi pla
cita sunt postulare. Per dñz no.
i. Ad corinthios. xii. capitu.

FRatres: Scitis qm̃ cũ gen-
tes essetꝭ: ad simulachra muta p
vt ducebamini euntes. Ideo no
tum vobis facio: ꝙ nemo in spũ
dei loquẽs: dicit anathema iesu.
Et nemo potest dicere dominus
iesus: nisi in spiritu sancto. Diui

siones vero gratiarū sunt: idem autem spiritus. Et diuisiōes ministrationum sunt: idem aūt dominus. Et diuisiōes operationū sunt: idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuiqꝫ autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatē. Alij quidem per spiritum datur sermo sapiētie: alij autem sermo scientie secundum eundem spiritum. Alteri fides: in eodē spiritu. Alij gratia sanitatū in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarū: alij interpretatio sermonuꝫ. Hec autē omīa operatur vnus atqꝫ idem spiritus: diuidens singulis prout vult. Graduale. Custodi me domine vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarū protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat oculi tui videant equitatē. Alleluya. ℣. Domine deus salutis mee in die clamaui ꝛ nocte coram te. Secundū lucam .xix. capitulo.

In illo tempore: Cum appropiquasset iesus hierusalem: vidēs ciuitatem fleuit sup illam / dicens. Quia si cognouisses ꝛ tu. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi nūc autem abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia ecce dies venient in te: et circundabūt te inimici tui vallo et circundabunt te ꝛ coangustabunt te vndiqꝫ: ꝛ ad terram prosternent te: ꝛ filios tuos qui in te sunt. Et nō relinquent in te lapidem: super lapidem eo ꝙ non cognoueris tēpus visitationis tue. Et ingressus in templum: cepit eijcere vendētes in illo ꝛ emētes dicēs illis. Scriptum est: quia domus mea domus oratiōis vocabitur. Uos autem fecistis illam: speluncam latronuꝫ. Et erat docens: quotidie in templo. Offertorium. A te domine leuaui animā meam: deus meus in te cōfido non erubescam: neqꝫ irrideāt me inimici mei etenim vniuersi qui te expectāt non confundentur. Secreta.

Concede nobis hec quesumus domine digne frequētare mysteria quia quotiēs huius hostie cōmemoratio celebratur: opus nostre redemptiōis exercetur. Per dominum nostruꝫ. Cōmunio. Acceptabis sacrificium iusticie oblatiōes et olocausta super altare tuū domine. Postcōmunio.

Tui nobis domine cōmunio sacramenti: et purificationem cōferat: ꝛ tribuat vnitatem. Per dominum nostrum iesum. Feria quarta .j. Ad corinthios .xv. capitulo.

Fratres. Nō omnis caro eadem caro: sed alia hominuꝫ alia pecorum: alia volucrum: alia autem piscium. Et corpora celestia ꝛ corpora terrestria. Sꝫ alia qͣdē celestium gloria: alia auteꝫ terrestriuꝫ. Alia claritas solis: alia claritas lune: ꝛ alia claritas stellaꝝ. Stella autē a stella differt in claritate: sic ꝛ resurrectio mortuoꝝ. Seminatur in corruptione: surget in incorruptiōe. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget

in virtute. Seminatur corpꝰ a-
nimale: surget corpus spirituale
Si est corpus animale: est ⁊ spiri
tuale. Sicut scriptum est. Factꝰ
est primus homo adam i animā
viuētē: nouissimus adam in spi-
ritum viuificātem. Sed nō priꝰ
qđ spirituale ē, sed quod anima-
le: deide qđ spirituale. In christo
iesu: domino nostro. Secunduz
lucam. xxi. capitulo

In illo tempore: Dixit iesꝰ discipu
lis suis Attendite vobis ne forte
grauētur corda vestra i crapula
et ebrietate: ⁊ curis huius vite: ⁊
superueniat in vos repentina di
es illa. Tanq̄ laqueus eñ super
ueniet in omēs qui sedent super
faciem ois terre. Uigilate itaqꝫ
orantes omni tempore: vt digni
habeamini fugere ista omnia q̄
futura sunt: ⁊ stare ante filiū ho
minis. ¶ Dominica. xi. Officiū.

Deus in loco sācto suo de
us q̄ ihabitare facit vna
nimes in domo ipse da-
bit virtutē ⁊ fortitudinem plebi
sue. ps. Exurgat deus et dissipētur ini
mici eiꝰ et fugiant qui oderunt eū a fa-
cie eius. Oratio.

Deus qui omnipotentiam tuā parcē
do maxime ⁊ miserando manife
stas: multiplica super nos grati-
am tuā: vt ad tua pmissa curren
tes: celestium bonorum facias es
se cōsortes. Per dominuz nostrū
j. Ad corinthios. xv. capitulo.

Fratres: Notum vobis fa-
cio euāgelium quod predi-
caui vobis: quod ⁊ accepistis: in
quo et statis: per quod ⁊ saluami
ni. Qua ratiōe pdicauerim vobis
si tenetis: nisi frustra credidistis
Tradidi enim vobis ip primis qđ
et accepi: quoniaz christus iesus
mortuus est pro peccatis nostris
secundum scripturas: et quia se-
pultus est: et quia resurrexit ter-
tia die secundum scripturas: et
quia visus est cephe ⁊ post hec vn
decim. Deide visus est plusq̄ qn
gentis fratribus simul ex quibꝰ
multi manent vsqꝫ adhuc quidā
autem dormierunt. Deinde vi-
sus est iacobo: deinde apostolis
omibus. Nouissime autem om-
nium tanq̄ abortiuo visus est et
michi. Ego enim sum minimus
apostolorum: qui non suz dignꝰ
vocari apostolus: quoniā psecu-
tus sum ecclesiā dei. Gratia aūt
dei sum: id qđ sum. Et gratia eiꝰ
in me vacua nō fuit. Graduale.
In deo sperauit cor meū et adiutus suz
et refloruit caro mea et ex volūtate mea
cōfitebor illi. V. Ad te domine clama-
bo deus meꝰ ne sileas ne discedas a me.
Alleluya. V. Domine refugium factꝰ
es nobis a generatiōe et progenie. Se
cūdum lucam. xviij. capitu.

In illo tempore: Dixit iesus
ad quosdam qui in se cōfidebāt
tanq̄ iusti: ⁊ aspernabātur cete-
ros parabolā istā dicēs. Duo ho
mines ascēderūt in tēplū: vt ora
rent. Unus phariseus: ⁊ alter pu
blicanus. Phariseus autem stās
hec apud se orabat. Deꝰ gratias
ago tibi: quia nō suz sicut ceteri
hoim: raptores/ iniusti/ adulteri

velut etiam hic publican⁹. Ieiuno bis i sabbato decimas do omniuz que possideo. Et publican⁹ a lõge stans: nolebat nec oculos ad celuz leuare: sed percutiebat pectus suũ dicens. Deus propicius esto michi peccatori. Amen dico vobis: descẽdit hic iustificatus i domũ suaz ab illo. Quia oĩs q̃ se exaltat humiliabitur: ⁊ qui se humiliat exaltabiṫ. Offerto. Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me: domine clamaui ad te et sanasti me. Secreta

Tibi dñe sacrificia dicanda reddantur: que sic ad honorem nois tui deferenda tribuisti vt eadem fieri remedia nostra p̄stares. Coĩo. Honora dñz de tua substantia et de primitiis frugum tuarum vt impleantur horrea tua saturitate: et vino torcularia redũdabunt. Postcõ.

Quesumus domine deus noster: vt quos diuinis reparare nõ desinis sacramentis: tuis nõ destituas benignus auxiliis. Per dñz. Feria.iiij.ad corin

Fratres: thios vj.capitulo Nescit⁊ q̃m corpora vestra membra sunt xp̄i: Tollens ergo mẽbra christi faciã membra meretricis: Absit. An nescitis quoniã qui adheret meretrici: vnuz corpus efficitur: Erũt eñ iquit duo in carne vna. Qui aũt adheret dño: vn⁹ spũs est. Fugite fornicationẽ Omne enim peccatum quodcũq; fecerit homo: extra corpus est. Qui aũt fornicatur i corpus suum peccat. An nescit⁊ q̃m membra vestra templũ sunt spiritussancti q̃ in vobis est: quẽ habetis a deo ⁊ nõ estis vestri: Empti eñ estis p̄cio magno: glorificate ⁊ portate deũ in corpore vestro. Secundũ lucã. xviij. capi.

In illo tp̄e: dicebat iesus discipulis suis parabolã hãc: q̃m oportet semp orare: ⁊ nõ deficere dicẽs Iudex quidam erat in quadã ciuitate: qui deũ nõ timebat: ⁊ hoĩez nõ reuerebaṫ Vidua aũt q̃dã erat i ciuitate illa: et veniebat ad eũ dicens Vindica me de aduersario meo. Et nolebat p multũ tẽpus. Post hec aũt: dixit intra se Et si deũ non timeo: nec hominẽ reuereor: tamẽ q: molesta est michi hec vidua: vĩdicabo illã ne i nouissimo veniẽs suggillet me. Ait aũt dñs Audite: q̃d iudex iniquitat⁊ dixit. De⁹ aũt nõ faciet vindictã elector⁊ suor⁊ clamãtiũ ad se die ac nocte: ⁊ patiẽtiã habebit in illis: Dico aũt vobis: q: cito faciet vĩdictã illoruz.

Deus Dñica.xvij. Offm. in adiutorium meũ intẽde dñe ad adiuuãduz me festina: cõfundãtur ⁊ reuereantur inimici mei qui querunt animam meã. Ps. Auertãtur retrorsuz et erubescãt q̃ volũt michi mala. Orõ.

Omnipotẽs sẽpiterne deus: qui abũdãtia pietatis tue ⁊ merita supplicum excedis ⁊ vota: effunde super nos misericordiã tuã vt dimittas que consciẽtia metuit: et adiicias quod oratio non p̄sumit. Per dominum

nostruȝ.ij. Ad corinthios.iij.ca.

Fratres: Fiduciam talē habemus per christum ad deum: nō q sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nr̄a ex deo est Qui et ydoneos nos fecit ministros noui testamēti nō littera sȝ spū. Littera em̄ occidit: spiritus autem viuificat Quod si ministratio mortꝭ litteris deformata i lapidibus fuit in gloria: ita vt non possent intēdere filij israel in faciem moysi propter gloriam vultus ei⁹ que euacuatur: quomodo nō magis ministratio spiritus erit in gloria? Naȝ si ministratio dānationis in gloria est: multo magis abundat ministeriuȝ iusticie in gloria. Graduale. Benedicā dominū in omi tempore semper laus eius in ore meo. ℣. In domino laudabitur anima mea audiant māsueti et letentur Alleluya. ℣. Uenite exultem⁹ dn̄o iubilem⁹ deo salutari nostro. ℣. Preoccupemus faciē eius in cōfessione et in psalmis iubilemus ei. Isti duo ℣. dicuntur per ebdomadā alternis vicibus quādo de feria agitur: ita tamē q vers⁹. Preoccupemus. prius dicit̄ quādo missa dominicalis p ebdomadam dicitur. Et si nulla feria p hanc ebdomadam ad hoc vacauerit: tunc vltimus versus eo āno omnino pretermittatur. Secundum marcum. vij. capit.

In illo tempore: Exiens iesus de finibus tyri venit p sydonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducūt ei surdum ꝛ mutū: ꝛ deprecabātur euȝ vt imponat illi manū Et apprehendēs eū de turba seorsuȝ: misit digitos suos in auriculas eius. Et expuēs: tetigit linguā eius. Et suspiciēs in celum: ingemuit: ꝛ ait illi. Effeta: qd̄ est adaperire. Et statim apte sūt aures eius: ꝛ solutum est vinculū lingue eius: ꝛ loquebatur recte. Et p̄cepit illis ne cui dicerēt. Quāto autem eis precipiebat: tanto magꝭ plus predicabāt ꝛ eo amplius admirabant̄ dicētes. Bene omnia fecit: surdos fecit audire: et mutos loq̄. Offertor. Precat⁹ est moyses in ɔ̄spectu dn̄i dei sui et dixit: precat⁹ est moyses i ɔ̄spectu dn̄i dei sui et dixit: quare dn̄e irasceris in populo tuo? parce ire anime tue: memēto abraham ysaac et iacob: quib⁹ iurasti dare terrā fluentē lac et mel: et placatus factus est domin⁹ de malignitate quam dixit facere popu

Respice Secreta. ℞lo suo. quesumus domine nostrā ppicius seruitutē: vt quod offerimus sit tibi munus acceptum: sitq̄ nostre fragilitati subsidiuȝ Per dominuȝ. Cōmunio. De fructu operum tuorum domine satiabitur terra: vt educas panem de terra et vinū letificet cor hominis: vt exhilaret faciez in oleo et panis cor hominis confirmet

Sentiam⁹ Postcōmunio. domine quesumus tui perceptione sacramenti subsidium mentis ꝛ corporis vt i vtroq̄ saluati: celestꝭ remedij plenitudine gloriemur. Per. Feria quarta. Epistola.ij. Ad corīthios.iiij.ca.

FRatres: Non nosmetipsos predicamus: sed dominū nostrū iesuz xp̄m: nos aūt seruos vestros p iesuz. Quoniam deus q̄ dixit de tenebris lucem splendescere: illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientie claritatis dei in faciem christi iesu. Habemus autem thesaurū istuz i vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei ꝛ nō ex nobis. In omibus tribulationē patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed nō destituimur. Persecutionē patimur: sed nō dereliquimur. Deijcimur sed nō perimus. Semp mortificationē iesu in corpore nostro circūferentes: vt ꝛ vita iesu: in corporibus nostris manifestetur. Secundum matheum. xi. capitulo.

IN illo tempore Cepit iesus exprobrare ciuitatibus i quibus facte sūt plurime v̄tutes eius: q2 non egissent penitētiā. Ve tibi corozaym: ve tibi bethsaida. Quia si in tyro ꝛ sydone facte essent virtutes que facte sunt i vobis: olim i cinerere ꝛ cilicio penitentiam egissent. Verūtamē dico vobis: tyro ꝛ sydoni remissius erit in die iudicij q̄ꝫ vobis. Et tu capharnaū: nunq̄d vsq3 i celū exaltaberis? Vsq3 i infernū descēdes Q2 si i sodomis facte fuissēt v̄tutes q̄ facte sūt i te: forte mā sissēt vsq3 in hūc diē Veruntamē dico vobis: q2 terre sodomorū remissius erit in die iudicij: q̄ꝫ tibi. Respice dn̄e Offtica xiij. in testamētū tuū: ꝛ aīas pauperuz tuorū ne derelinquas i finē exurge dn̄e iudica causaz tuam: ꝛ ne obliuiscaris voces q̄rentium te. Ps. Vt qd deus repulisti in finem: iratus est furor tuus sup oues pa.

OMnipotēs et Oro. sempiterne. misericors deus de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne ꝛ laudabiliter seruiatur: tribue nobis quesumus / vt ad p̄missiones tuas sine offensiōe curramus. Per. Ad galathas. iij. cap.

FRatres: Abrahe dicte sunt promissiones: ꝛ semini eius. Nō dicit ꝛ seminibus quasi i multis: sed quasi i vno: ꝛ semini tuo qui est christus. Hoc autem dico testamentū ↄfirmatum a deo: que post quadringentos ꝛ trigita annos facta est lex: nō irrituz facit ad euacuandā p̄missionē. Nam si ex lege esset hereditas: iam nō ex repromissione. Abrahe aūt per repromissionē dōauit deus. Quid igitur lex? Propter trāsgressores posita ē: donec veniret semē cui promiserat: ordinata p angelos i manu mediatoris. Mediator autē vnius non est: deus aūt vnus est Lex ergo aduersus p̄missa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura oīa sub peccato vt p̄missio ex fide iesu xp̄i: daretur credentibus. Graduale. Respice domine i testamētum tuū et animas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finem. V. Exurge domine et iudica causam tuā memor esto opprobrii seruorum tuorum. Alleluya. V.

Quoniam deus magn⁹ dñs et rex magnus sup oēm terrā. Scdm lucā .x.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico eñ vobis: q multi pphete et reges voluerunt videre que vos videtis ⁊ nō viderūt: et audire que auditis: ⁊ nō audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit tētans illum: ⁊ dicēs. Magister: qd faciēdo vitā eternam possidebo At ille dixit ad eū In lege qd scriptum eū? Quomodo legis? Ille autem respondēs: dixit. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex omnibus virib⁹ tuis: ⁊ ex omni mēte tua: ⁊ proximū tuum sicut teipsum. Dixitq illi. Recte rñdisti: hoc fac: ⁊ viues. Ille autē volēs iustificare seipsuz: dixit ad iesuz. Et quis est meus proximus? Suspiciēs autez iesus: dixit. Homo quidam descendebat ab hierusalem i hiericho: ⁊ incidit i latrones Qui etiam despoliauerūt eum: et plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Accidit autez vt sacerdos quidaz descēderet eadem via: et viso eo ptexijt. Similiter et leuita cum esset secus locum ⁊ videret eum: pertransijt. Samaritanus autē quidaz iter faciens venit secus eum: ⁊ videns eū misericordia motus est Et appropiquans alligauit vulnera eius: īfundens oleū et vinum. Et imponens illum in iumentum suū duxit ī stabulū: et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios et dedit stabulario: ⁊ ait. Curam illi⁹ habe: ⁊ quodcūq super erogauer', ego cum rediero reddam tibi. Quis hor trium videt tibi primus fuisse illi q icidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā i illum. Et ait illi iesus. Uade ⁊ tu fac similit. Offr.

Inte speraui dñe dixi tu es deus meus i manibus tuis tēpora mea. Secreta.

HOstias quesumus dñe ppicius intende quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiā largiēdo tuo nomini dent honorez. Per do. Coio. Panem de celo dedisti nobis dñe habentem omne delectamētum et omnem saporē suauitatis.

Postcōmunio

UIuificet nos quesumus domine hui⁹ participatio sācta misterij: ⁊ pariter nobis expiationē tribuat ⁊ munimē. Per d. Feria iiij. Ad thessalonicēses .ij. cap.

FRatres: Memores estote laborum nostrorum et fatigationum nocte ⁊ die operantes: ne quē vestruz grauaremus. Predicauimus eñ i vobis euangeliuz dei. Uos testes estis ⁊ deus q̄ sancte ⁊ iuste ⁊ sine querela vobis q credidistis affuimus: sicut scitis qualiter vnūquēq vestrum tāq̄ pater filios suos deprecātes vos ⁊ consolantes testificati sumus/ vt ambularetis digne deo q vocauit vos i suū regnum et gloriam. Ideo ⁊ nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniaz cum accepissetis a nobis verbuz

auditus dei: accepistis illud nō ut verbum hominū: sed sicut est vere verbum dei qui operatur i vobis q̄ credidistis. Se. mathe. xij.

In illo tēpore: Abeūtes pharisei consilium faciebāt adversus iesum: quomodo cuz pderent Jesus autem sciens: recessit inde Et secuti sunt eum multi: ꝛ curauit eos oēs. Et precepit eis ne manifestum eū facerēt: ut adimpleret quod dictū est p esaiam pphetam dicentē. Ecce puer meus quē elegi: dilectus meꝰ in quo bene complacuit anime mee Ponā spiritum meū super eū: ꝛ iudiciū gentibus nunciabit Non cōtēdet neq̄ clamabit: neq̄ audiet aliquis i plateis vocē eius Arundinē quassatā nō ꝯfringet: et lignū fumigans nō extinguet: donec eijciat ad victoriā iudiciū: ꝛ in noīe eius gentes sperabunt.

Dn̄ica. xiiij. Officiuz.

Protector noster aspice deus ꝛ respice i faciē christi tui q2 melior est dies una i atrijs tuis super milia. ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū: cōcupiscit ꝛ deficit aīa mea in atria domini.

Omnipotēs sempi Oratio. terne deꝰ da nobꝫ fidei spei ꝛ caritatis augmētum: ꝛ ut mereamur asseq̄ quod pmittis: fac nos amare qd̄ precipis. Per. Ad

Fratres: galathas. v. capi. Spiritu ambulate: et desideria carnis nō perficietꝫ. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spūs aūt aduersus carnem hec enim sibi iuicē aduersantur ut nō quecūq̄ vultis illa faciatꝫ Quod si spiritu ducimi: nō estis sub lege. Manifesta aūt sunt opera carnis. Que sūt fornicatio / imundicia / auaricia / ipudicicia / luxuria / ydolorū seruitus / veneficia / inimicicie / cōtētiōes / emulatiōes / ire / rixe / dissentiōes / secte / inuidie / homicidia / ebrietates / comessationes: ꝛ his similia Que pdico vobis sicut pdixi: qm̄ qui talia agunt: regnum dei nō cōsequentur. Fructus aūt spiritꝰ ē: caritas / gaudiū / pax / patiētia / lōguanimitas bōitas / benignitas / mansuetudo / fides / modestia / cōtinentia / castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex Qui aūt sunt christi: carnē suā crucifixerunt: cū vicijs et concupiscentijs. Graduale. Bonum est cōfiteri dn̄o: et psallere nomini tuo altissime. V. Ad annūciandū mane mīam tuā et veritatem tuā per noctē. Alleluya. V. Cōfitemini dn̄o et inuocate nomē eius annunciate inter gentes opera eius. Secundum lucam. xvij. capit.

In illo tempore: Cuz iret iesus i hierusalē: transibat per mediam samariā ꝛ galileā. Et cū igrederet quoddā castellū: occurrerūt ei decē viri leprosi. Qui steterunt a lōge: et leuauerunt vocē / dicētes. Jesu preceptor miserere nostri. Quos ut vidit: dixit. Jte ostēdite vos sacerdotibꝰ. Et factum est dū irent: mūdati sunt Unus aūt ex illis ut vidit q2 mūdatus est: regressus est cū magna

voce magnificãs deũ. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens: et hic erat samaritanus. Respõdens autẽ iesus: dixit. Nõne decẽ mũdati sunt: et nouẽ vbi sunt? Nõ est inuentus qui rediret et daret gl'iam deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade: q2 fides tua te saluum fecit.

Offer. Immittit angel' dñi i circuitu timẽtiũ eũ et eripiet eos gustate et videte qm̃ suauis est dominus. Secreta.

Propiciare dñe populo tuo ppiciare muneribus: vt hac oblatione placatus: et indulgentiã nobis tribuas et postulata cõcedas. Per do. Coio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita.

Sumptis domine Postcoio. celestibus sacramentis: ad redẽptiõis eterne q̃s pficiamus augmẽtum. Per. Feria quarta

Ad corinthios. vj. capi. Fratres: Nolite iugũ ducere cũ infidelibus: sed cũ fidelibus. Que eñi participatio iusticie cũ iniq̃tate? Aut q̃ societas luci ad tenebras? Que aũt cõuẽtio christi ad belial? Aut q̃ pars fideli cũ ifideli? Quis autem consensus templo dei cum idolis? Uos eñi estis templuz dei viui: sicut dicit deus. Quoniã ihabitabo in illis et iambulabo et ero illorũ deus: et ipsi erunt michi populus. Propter quod exite de medio eorum: et separamini dicit dñs vos q̃ portatis vasa dñi: et imundũ ne tetigeritis. Et ego recipiã vos et ero vobis in patrem: et vos eritis michi in filios et filias dicit dñs oñs. Has igitur pmissiones habẽtes charissimi: mũdemus nos ab oi inquinamẽto carnis et spiritus: perficientes sãctificationẽ in timore dei. Secũdũ lucam. xij. ca.

In illo tẽpore: Ait ad iesum quidam de turba Magister dic fratri meo vt diuidat mecuz hereditatẽ At ille dicit ei. Homo quis cõstituit me iudicẽ aut diuisorẽ super vos? Dixitq3 ad illos Uidete et cauete ab omi auaricia quia nõ in abũdantia cuiusq3 vita eius est ex his que possidet. Dixit aũt similitudinẽ ad illũ dicẽs Hominis cuiusdã diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicẽs. Quid faciã q2 nõ habeo quo congregẽ fructus meos? Et dixit. Hoc faciaz. Destruã horrea mea: et maiora faciã: et illuc cõgregabo oĩa que nata sunt michi: et bona mea: et dicã anime mee. Aia habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce comede bibe: et epulare Dixit autẽ illi deus. Stulte hac nocte animaz tuã repetũt a te: que aũt parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat: et nõ est i deũ diues. Dixitq3 ad discipulos suos Ideo dico vob': nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis neq3 corpori vestro q̃d iduamini. Anima plus est q3 esca: et corpus plus q3 vestimẽtum. Cõsiderate coruos: q2 nec seminãt neq3 metũt. quibus nõ ẽ cellariũ neq3 horreũ: et deus pascit illos. Do. xv. Offm̃.

Inclina dñe aurẽ tuã ad me et exaudi me: saluũ fac seruũ tuũ de⁹ meus sperantẽ in te: miserere michi domine: qm̃ ad te clamaui tota die. ps. Letifica animã serui tui: qm̃ ad te domine animã meã leuaui. Oratio.

Custodi dñe q̃s ecclesiã tuã propiciatione perpetua: et quia sine te labitur hũana mortalitas: tuis semꝑ auxilijs et abstrahatur a noxijs ⁊ ad salutaria dirigatur. ꝑ do. Ad galathas. vi.

Fratres: Si spiritu viuim⁹: spũ ⁊ ambulemus. Nõ efficiamur ianis glorie cupidi inuicem prouocãtes: inuicẽ inuidentes. Fratres: ⁊ si ꝑoccupatus fuerit homo i aliquo delicto: vos q̃ spũales estis: huiusmodi istruite in spũ lenitatꝫ: cõsiderãs teipm̃: ne ⁊ tu tẽteris. Alter alteri⁹ onera portate: ⁊ sic adiplebitis legem christi. Nam si quis estimat se aliq̃d esse cũ nichil sit: ipse se seducit opus autẽ suũ ꝓbet vnusquisqꝫ: et sic in semetipso tm̃ gl'iam habebit/ ⁊ nõ in altero. Unusq̃sqꝫ em̃ onus suum portabit. Cõmunicet aũt is qui cathecizatur verbo: ei q̃ se cathecizat i oibus bonis. Nolite errare: deus nõ irridet. Que em̃ seminauerit homo: hec ⁊ metet. Qm̃ qui seminat i carne sua de carne ⁊ metet corruptionem. Qui aũt seminat i spiritu de spũ metet vitã eternã. Bonũ aũt facientes non deficiamus: tempore em̃ suo metemus nõ deficiẽtes. Ergo dũ tempus habem⁹: operemur bonũ ad oẽs maxime autem ad domesticos fidei. Grad. Bonũ est cõfidere in dño q̃ ɔfidere in homine. ℣. Bonũ est sperare in dño q̃ sperare in principibus. Alleluya. ℣. Paratũ cor meũ deus: paratũ cor meũ: cantabo et psallã tibi i gl'ia mea. S. math. vi.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipl'is suis. Nemo potest duob⁹ dñis seruire Aut em̃ vnũ odio habebit: ⁊ alterũ diliget: aut vnũ sustinebit: et alterũ cõtẽnet. Nõ potestis deo seruire: ⁊ mãmone. Ideo dico vobis: nẽ solliciti sitis aie vestre q̃d mãducetis neqꝫ corpori vestro quid iduamini. Nõne anima plus est q̃ esca: ⁊ corp⁹ plus q̃ vestimẽtũ? Respicite volatilia celi: qm̃ nõ serũt neqꝫ metũt: neqꝫ cõgregant in horrea et pater vr̃ celestꝫ pascit illa. Nõne vos magꝫ pluris estis illis? Quis aũt vestrũ cogitãs potest adijcere ad staturã suam: cubitũ vnũ? Et de vestimẽto q̃d solliciti estis Cõsiderate lilia agri: quomõ crescunt. Non laborant: neqꝫ nent. Dico aũt vobis: qm̃ nec salomõ in oi gloria sua coopertus est: sicut vnũ ex istis Si aũt fenũ agri q̃d hodie est: ⁊ cras i clibanũ mittitur deus sic vestit: quãto magꝫ vos mĩme fidei? Nolite ergo solliciti esse dicẽtes: q̃d manducabimus: aut q̃d bibem⁹ aut quo operiemur? Hec em̃ oia: gentes inquirunt Scit em̃ pater vester: q2 his omibus indigetis Querite ergo primum regnum dei et iusticiam eius: et hec oĩa adijciẽtur vobis.

Offertor. Expectās expectaui domi nū et respexit me et exaudiuit depcatio nē meā et immisit in os meū canticum nouum: hymnū deo nostro. Secreta.

C Oncede nobis domine que sumus: vt hec oblatio salutaris: et nostrorū fiat purgatio peccatorum / et tue ppiciatio pietatis. Per d. Coio. Qui manducat carnem meā i bibit sanguinē meū i me manet et ego i eo dicit dn̄s. Postcoio.

P Urificent semper ꝛ muniant tua sacramēta nos deus: et ad ppetue ducant salutatio nis effectum Per. Feria quarta

C Harissime: i. Ad timotheū. j. ca. Scimus aūt quia bona est lex si quis ea legitime vtatur. Sciens hoc quia iusto nō est lex posita: sed iniustis ꝛ nō subditis impijs ꝛ peccatoribus: sceleratis ꝛ contaminatis patricidis et matricidis / homicidis: fornicarijs masculorū cōcubitoribꝰ: plagiarijs mēdacibꝰ et piuris. Et si quid aliud sane doctrie aduersatur: que est secundum euāgeliū glie beati dei: qd̄ creditū est michi. Gratias ago ei qui me cōfortauit in xp̄o iesu dn̄o nostro: qꝛ fidelem me existimauit ponens in ministerio. Qui priꝰ fui blasphemus ꝛ persecutor et contumeliosus: sed misericordiam dei consecutus sum: qꝛ ignorans feci in incredulitate. Superabūdauit autem gratia domini nostri cum fide ꝛ dilectione: que est i christo iesu dn̄o nostro. Se. lucā. xx.

I N illo tēpore: Factum est i vna dierum docēte iesu populū in templo ꝛ euāgelizante: conuenerunt principes sacerdotū ꝛ scribe cū senioribus / ꝛ aiūt dicētes ad illū. Dic nobis in qua ptāte hec facis: Aut quis ē qui dedit tibi hanc potestatem: Rn̄dens autem iesus: dixit ad illos. Interrogabo vos ꝛ ego vnum verbum: rn̄dete michi. Baptismum iohānis vnde erat: de celo an ex hominibus: At illi cogitabant intra se: dicentes. Quia si dixerimꝰ de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidistis illi: Si aūt dixerimꝰ ex hoibus: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim: iohānē pphetam esse Et rn̄derūt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis Neqꝫ ego dico vobis i qua ptāte hec facio. ¶ Dn̄ica. xvi. Offm̄.

m Iserere michi dn̄e quoniā ad te clamaui tota die quia tu dn̄e suauis ꝛ mitis es ꝛ copiosus in misericordia omibus inuocātibus te. Ps. Inclina domine aurē tuā et exaudi me qm̄ inops et pauper sum ego. Oratio.

E Cclesiam tuā quesumꝰ domine miseratio cōtinuata mūdet et muniat: ꝛ qꝛ sine te nō potest salua cōsistere: tuo semper munere gubernet. Per dominū Epistola. Ad ephesios. iij. capi.

F Ratres: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis. que est gloria vestra. Huiꝰ rei gratia flecto genua mea ad patrem dn̄i mei iesu christi: ex quo ois paternitas in celis

& in terra nominat: ut det vobis secundū diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum ei⁹ in interiori hoīe habitare christum per fidē in cordib⁹ vestris. In caritate radicati & fūdati: ut possitis cōprehēdere cū oīb⁹ sctis q̄ sit latitudo longitudo: & sublimitas: & pfundū. Scire etiā supereminētē sciētie caritatē christi: ut impleamini in oēm plenitudinem dei. Ei autem q̄ potens est omnia facere superabūdāter q̄ petimus aut itelligimus secūdum virtutē que operat̄ i nobis. Ipsi gloria in ecclesia & in christo iesu: in omnes generatiōes seculi seculorum amen. Graduale.

Timebunt gentes nomē tuū domine & omnes reges terre gloriā tuā. ℣. Qm̄ edificauit dominus syon et videbitur in maiestate sua Alleluya. ℣. Qui timēt dominū sperēt in eum adiutor et protector eorum est. Scdm lucā. vij. ca.

In illo tempore: Ibat iesus in ciuitatem q̄ vocat̄ naym & ibant cū eo discipuli eius & turba copiosa. Cum autē appropinquaret porte ciuitatis: ecce defūctus efferabatur filius vnic⁹ matris sue. Et hec vidua erat: & turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset domin⁹ misericordia motus sup eā: dixit illi Noli flere Et accessit: & tetigit loculum. Hi autem qui portabant: steterunt. Et ait. Adolescēs tibi dico surge Et resedit qui erat mortuus & cepit loqui: & dedit illum matri sue Accepit aūt omnes timor: & magnificabāt deum/ dicētes. Quia propheta magnus surrexit i nobis: & quia deus visitauit plebē suā. Offertor. Domine in auxiliū meū respice: confundantur et reuereantur qui querūt aīam meā vt auferāt eā.

Tua nos domine Secreta. quesumus sacramenta custodiant: & cōtra diabolicos tueātur semper incursus. Per. Coio.

Domie memorabor iusticie tue solius: deus docuisti me a iuuentute mea et vsq in senectā et seniū de⁹ ne derelinquas

Mentes nostras et corpora possideat: Postcoio. quesum⁹ dñe doni celestis operatio: vt nō noster sensus in nobis sed iugiter ei⁹ preueniat effect⁹. Per. Feria. iiij. Ad colossēses. ij.

Fratres: Uidete ne q̄s vos decipiat per philosophiam & inanē fallaciā: scdm traditionē hoim: secundū elemēta mundi: & nō secundū xp̄m. Quia in ipso inhabitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti q̄ est caput ois principat⁹ et potestatis. In quo & circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis carnis: sed in circūcisiōe christi. Cōsepulti ei in baptismo in quo & resurrexistis per fidē operationis dei qui suscitauit illū a mortuis Et vos cum mortui essetis i delictis & preputio carnis vestre: conuiuificauit cū illo donās vobis oīa delicta. Per iesum xp̄m dn̄m nostrum. Sc. marcū. viij.

In illo tēpore: Uenit iesus

in bethsayda: et adducūt ei cecū et rogauerūt eū vt illum tangeret. Et apprehēsa manu ceci: eduxit eum extra vicū. Et expuēs in oculos eius: ipositis manibus suis interrogauit eum si quid videret. Et aspiciēs: ait. Uideo homines velut arbores ābulātes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius et cepit videre: et restitutus est ita vt videret clare oīa. Et misit illū in domū suā: dicens. Uade i domum tuā: et si in vicum itroieris: nemini dixeris

Dñica .xvij. Officiū.

Iustus es dñe et rectū iudicium tuū: fac cum seruo tuo secundum miam tuā. ps. Beati immaculati in via qui ambulāt (in lege domini

Tua Oratio. Tua nos dñe q̄s gratia semper et preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intētos. Per. Epistola. Ad ephesios. iiij.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Cū omni humilitate et mansuetudine: cum patientia supportātes inuicem in caritate: solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Unū corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocatiōis vestre Unus dominus vna fides: vnū baptisma. Unus deus et pater oim qui est sup omnes et per omia: et in omibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum amen. Graduale. Beata gens cuius est dñs deus eorum: populus quem elegit in hereditatē sibi. V. Uerbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluya. V. Dextera dei fecit virtutē dextera domini exaltauit me.

Secundū lucam. xiiij. cap.

In illo tpe: Cū itroisset iesus in domū cuiusdā pricipis phariseorum sabbato mādu care panem: et ipsi obseruabāt eū. Et ecce homo quidā hydropicus erat ante illum Et rn̄dens iesus dixit ad legisperitos et phariseos: dicēs. Si licet sabbato curare? At illi tacuerūt. Ipse vero apprehensum: sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos: dixit. Cuius vestrū asinus aut bos in puteum cadet: et non continuo extrahet illum die sabbati? Et nō poterāt ad hec respondere illi. Dicebat autem et ad inuitatos parabolā: itendēs quomodo primos accubitus eligerent dicēs ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias: nō discūbas i primo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. Et veniens is qui te et illū vocauit: dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipies cum rubore nouissimū locum tenere. Sed cum vocatus fueris: vade recumbe in nouissimo loco. Ut cum venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice: ascēde superius. Tūc erit tibi gloria coram simul discūbentibus. Quia ois qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat: exaltabitur. Offertorium. Orani deum meum ego daniel dicens: exaudi domine preces

⁊ in terra nominatur: vt det vobis secundū diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum ei⁹ in interiori hoīe habitare christum per fidē in cordib⁹ vestris. In caritate radicati ⁊ fūdati: vt possitis cōprehēdere cū oib⁹ sctis q̄ sit latitudo longitudo: ⁊ sublimitas: ⁊ pfundū. Scire etiā supereminētē sciētie caritatē christi: vt impleamini in oēm plenitudinem dei. Ei autem q̄ potens est omnia facere superabūdāter q̄ꝫ petimus aut itelligimus secū dum virtutē que operatur i nobis. Ipsi gloria in ecclesia ⁊ in christo iesu: in omnes generatiōes seculi seculorum amen. Graduale. Timebunt gentes nomē tuū domine ⁊ omnes reges terre gloriā tuā. ℣. Qm̄ edificauit dominus syon et videbitur in maiestate sua Alleluya. ℣. Qui timēt dominū sperēt in eum adiutor et protector eorum est. Scdm lucā. vij. ca.

IN illo tempore: Ibat iesus in ciuitatem q̄ vocatur naym ⁊ ibant cū eo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Cum autē appropinquaret porte ciuitatis: ecce defūctus efferabatur filius vnic⁹ matris sue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cuꝫ illa. Quā cū vidisset domin⁹ misericordia motus sup eā: dixit illi Noli flere Et accessit: ⁊ tetigit loculum. Hi autem qui portabant: steterunt. Et ait. Adolescēs tibi dico surge Et resedit qui erat mortuus ⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illum matri sue Accepit aūt omnes timor: ⁊ magnificabāt deum/ dicētes. Quia propheta magnus surrexit i nobis: ⁊ quia deus visitauit plebeꝫ suā. Offertor. Domine in auxiliuꝫ meū respice: confundantur et reuereantur qui querūt aīam meā vt auferāt eā.

TUa nos domine Secreta. quesumus sacramenta custodiant: ⁊ cōtra diabolicos tueātur semper incursus. Per. Coio. Domīe memorabor iusticie tue solius: deus docuisti me a iuuentute mea et vsq; in senectā et seniū de⁹ ne derelinquas

MEntes no- Postcoio. (me. stras et corpora possideat: quesum⁹ dn̄e doni celestis operatio: vt nō noster sensus in nobis sed iugiter ei⁹ preueniat effect⁹. Per. Feria. iiij. Ad colossēses. ij.

FRatres: Uidete ne q̄s vos decipiat per philosophiam ⁊ inanē fallaciā: scdꝫ traditionē hoim: secunduꝫ elemēta mundi: ⁊ nō secundū xp̄m. Quia in ipso inhabitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti q̄ est caput ois principat⁹ et potestatis. In quo ⁊ circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis carnis: sed in circūcisiōe christi. Cōsepulti ei in baptismo in quo ⁊ resurrexistis per fideꝫ operationis dei qui suscitauit illuꝫ a mortuis Et vos cum mortui essetis i delictis ⁊ preputio carnis vestre: conuiuificauit cuꝫ illo donās vobis oīa delicta. Per iesum xp̄m dn̄m nostrum. Sc. marcū. viij.

IN illo tēpore: Uenit iesus

in bethsayda: et adducũt ei cecuz et rogauerũt eũ vt illum tangeret. Et apprehẽsa manu ceci: eduxit eum extra vicũ. Et expuẽs in oculos eius: ipositis manib9 suis interrogauit eum si quid videret. Et aspiciẽs: ait. Uideo homines velut arbores ãbulãtes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius et cepit videre: et restitutus est ita vt videret clare oia. Et misit illũ in domũ suã: dicens. Uade i domum tuã: et si in vicum itroieris: nemini dixeris

Dñica. xvij. Officiũ.

Iustus es dñe et rectũ iudicium tuũ: fac cum seruo tuo secundum miam tuã. ps. Beati immaculati in via qui ambulãt in lege domini

Tua Oratio. Tuos dñe q̃s gratia semper et preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intẽtos. Per. Epistola. Ad ephesios. iiij.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Cuz omni humilitate et mansuetudine: cum patientia supportãtes inuicem in caritate: solliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Unuz corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocatiõis vestre Unus dominus vna fides: vnũ baptisma. Unus de9 et pater oim qui est sup omnes et per omia: et in omibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum amen. Graduale. Beata gens cuius est dñs deus eorum: populus quem elegit in hereditatez sibi. V. Uerbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluya. V. Dextera dei fecit vtutẽ dextera domini exaltauit me.

Secundũ lucam. xiiij. caþ.

In illo tpe: Cũ itroisset ies9 in domũ cuiusdã pricipis phariseor sabbato mãducare panem: et ipsi obseruabãt eũ. Et ecce homo quidaz hydropicus erat ante illum Et rñdens iesus dixit ad legisperitos et phariseos: dicẽs. Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipse vero apprehensum: sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos: dixit. Cui9 vestruz asin9 aut bos in puteum cadet: et non continuo extrahet illum die sabbati? Et nõ poterãt ad hec respondere illi. Dicebat autem et ad inuitatos parabolã: itendẽs quomodo primos accubitus eligerent dicẽs ad illos. Cum inuitatus fuer; ad nuptias: nõ discũbas i primo loco ne forte honorator te sit inuitat9 ab illo. Et veniens is qui te et illuz vocauit: dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipies cum rubore nouissimuz locum tenere. Sed cum vocatus fueris: vade recumbe in nouissimo loco. Ut cum venerit qui te iuitauit: dicat tibi. Amice: ascẽde superius. Tũc erit tibi gloria coram simul discũbentibus. Quia ois qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat: exaltabitur. Offertorium. Orani deum meum ego daniel dicens: exaudi domine preces

serui tui: illumina faciem tuā super sanctuarium tuū: et propicius intende populum istū super quem inuocatū est nomen tuum deus. Secreta.

Munda nos quesumus dñe sacrificij presentis effectu: et perfice miseratus i nobis: vt eius mereamur esse participes. Per. Coio.

Vouete et reddite dño deo vestro oēs q in circuitu eius affertis munera: terribili apud omēs reges terre. Postcoio.

Purifica q̄s dñe mentes nostras benignus: et renoua celestibus sacramētis: vt cōsequēter et corpor presens pariter et futurū capiamus auxiliū. Per do.

Feria. iiij. Epl'a. Sicut enī vnius Euāgeliū. Cum venisset iesus et discipuli. Require i quarta feria post dnicā. xviij. Dnica. xviij.

Da pacē dñe sustinētibus te vt pphete tui fideles iueniant exaudi pces serui tui et plebis tue israel. Ps. Letatus sum i his que dicta sūt michi in domū domini ibimus. Oratio.

Da q̄sumus dñe populo tuo diabolica vitare contagia et te solum deū pura mente sectari. Per. Ad corinthios. i. capit.

Fratres: Grās ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis i christo iesu: q2 in oībus diuites facti estis in illo in omni verbo et in oī sciencia. Sicut testimoniū christi cōfirmatū est i vobis: ita vt nichil vobis desit in vlla gratia: expectātibus reuelationē dñi nostri iesu christi Qui et cōfirmabit vos vsq in finem sine crimine: i die aduētus: dñi nostri iesu christi. Graduale. Letatus sum i his que dicta sūt michi i domū domini ibimus. V. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Alleluya. V. Letatus sum in his que dicta sunt michi in domū domini ibimus. V. Stantes erant pedes nostri in atriis hierusalem. Isti duo. V. dicūtur per ebdomadā alternis vicibus ita tamen q. V. Stantes primo dicit quando de feria agitur. Et si nulla feria p hāc ebdomadam ad hoc vacauerit: tūc vltimus. V. eo āno omnino pretermittatur. Scdm matheū. xxij. capitulo.

In illo tēpore Accesserunt ad iesum pharisei: et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eū. Magister quod est mandatū magnum i lege? Ait illi iesus. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc est maximū et primum mādatum Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuū: sicut teipsum. In his duobus mādatis: vniuersa lex pendet et pphete. Congregatis autē phariseis: interrogauit eos iesus/ dicēs. Quid vobis videtur de christo: cuius filius est? Dicūt ei. Dauid Ait illis Quomō ergo dauid in spū vocat eum dñm dicēs: dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorum? Si ergo dauid vocat eum dominū: quomodo filius eius est? Et nemo poterat

respōdere ei vbū: neq; ausus fuit quisq̄ ex illa die: eū ampli⁹ interrogare. Offertor. Sctificauit moyses altare dño offerēs sup illud olocausta et immolās victimā fecit sacrificiū vespertinū in odorē suauitat⁹ dño deo in cōspectu filiorum israel. Secreta.

Maiestatē tuā dñe suppliciter deprecamur: vt hec scā q̄ gerimus: et a preteritis delictis nos eruāt et futuris. Per. Coio.

Tollite hostias et itroite i atria ei⁹: adorate dñm in aula sancta ei⁹. Postcoio

Sanctificationibus tuis q̄s omps deus: et vicia nostra curētur: et remedia nobis eterna proueniant. Per. Feria quarta.

Ad romanos. xv. capitulo.

Frēs: Obsecro vos per dñm iesum christū: et per caritatē sancti spirit⁹: vt adiuuetis me i orationibus vestris pro me ad deū vt liberer ab infidelibus: q̄ sunt i iudea: et obsequij mei oblatio fiat accepta i hierosolima sctis: vt veniā ad vos in gaudio p voluntatem dei: vt refrigerer vobiscum. De⁹ aūt pacis sit cū oibus vobis amen. Scdm matheū. xiij. capt.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc Simile factū est regnū celorum grano synapis: quod accipiēs homo seminauit in agrū suū: quod minimū est omnib⁹ seminibus. Cum autē creuerit: maius est oibus oleribus. Et fit arbor: ita vt volucres celi veniāt et habitent in ramis ei⁹. Aliā parabolā locutus est eis Simile est regnū celorum fermento qđ acceptum mulier abscōdit in farine satis trib⁹ donec fermētatū ē totum. Hec omnia locut⁹ est iesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis nō loquebatur eis: vt adimpleretur quod dictū est p pphetā dicentem. Aperiam i parabolis os meum: eructaui abscōsa a ɔstitutione mundi. ¶ Dñica. xix. Offm.

Salus populi ego sum dicit dñs de quacūq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illorum dominus in perpetuū. Ps. Attēdite popule meus legē meā: iclinate aurē vestram in verba oris mei. Oratio.

Dirigat corda nostra quesumus domine tue miserationis operatio: q: tibi sine te placere nō possum⁹. P. Epl'a ad ephesios. iiij.

Fratres: Renouamini spū mētis vestre: et induite nouū hoiem: qui scdm deū creatus est: in iusticia et sanctitate veritat⁹. Propter qđ deponentes mendaciū loquimi veritatē vnusq̄sq; cū proximo suo: qm̄ sumus inuicē mēbra. Irascimini: et nolite peccare. Sol nō occidat super iracundiā vestrā. Nolite locū dare diabolo. Qui furabat: iam nō furetur. Magis aūt laboret operando manib⁹ suis qđ bonum est: vt habeat vnde tribuat necessitatē patiēti. Grad. Dirigatur orō mea sicut incēsū i ɔspectu tuo dñe. V. Eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinū. Alleluya. V. Qui cōfidūt i dño sicut mōs syon non cōmouebitur

in eternū qui habitat in hierusalē. Secundum matheum. ix. capitulo.

In illo tempore: Ascendens iesus i naviculam transfretauit: ꝛ venit in ciuitatem suam Et ecce offerebāt ei paraliticum iacentem i lecto. Et vidēs iesus fidē illorum: dixit paralitico. Cōfide fili: remittunt tibi peccata tua Et ecce quidā de scribis: dixerunt itra se. Hic blasphemat. Et cū vidisset iesus cogitationes eorum: dixit Ut quid cogitatis mala i cordibus vestris? Quid est facilius dicere remittūtur tibi peccata an dicere: surge et ambula? Ut aūt sciatis quoniaʒ filius hominis habet potestatē in terra dimittēdi peccata: tūc ait paralitico. Surge tolle lectum tuum: et vade in domum tuā. Et surrexit ꝛ abijt in domū suam. Uidentes autem turbe: timuerūt. Et glorificauerūt deum q̄ dedit potestatem taleʒ hominibus. Offertor. Si ambulauero in medio tribulatiōis viuificabis me domīe et super iram inimicorum meoꝝ extēdes manū tuam et saluuʒ me fecit dextera tua. Secreta.

Deus qui nos per hui⁹ sacrificij venerāda commercia vni⁹ sūmeqꝫ diuinitatis participes efficis/presta quesum⁹: vt sicut tuam cognoscimus veritatē sic eam dignis mētibus et moribus assequamur. p. Coio. Tu mādasti mandata tua custodiri nimis vtinam dirigantur vie mee ad custodiēdas iustificationes tuas. Postcoio.

Gratias tibi referim⁹ domine sacro mūere vegetati tuā misericordiā deprecātes vt dignos nos eius participatiōe perficias Per. Feria iiij. ij. Ad thessalonicēses. ij.

Fratres: State et tenete traditiones quas didicistis: siue per sermonē: siue per epistolā nostrā. Ipse autē dn̄s noster iesus xp̄s: ꝛ deus et pater noster qui dilexit nos ꝛ dedit nobis cōsolationem eternam: ꝛ spē bonam in gratia: cōsolet corda vestra: ꝛ confirmet in omi opere et sermōe bono. De cetero frēs orate p nobis: vt sermo dei currat ꝛ clarificet vbiqꝫ sicut ꝛ apud vos ꝛ vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Nō eīn oīum est fides. Fidelis aūt dn̄s est: qui cōfirmabit vos ꝛ custodiet a malo. Cōfidimus aūt de vobꝫ i dn̄o qm̄ q̄ precepim⁹ ꝛ facitis ꝛ facietis. Dn̄s aūt dirigat corda ꝛ corpora vr̄a i caritate dei: ꝛ patiētia xp̄i. Scd̄m matheū. xiij. ca.

In illo tp̄e: Accesserūt ad iesum discipuli ei⁹: dicētes. Edisse re nobis parabolā ʒiʒanioꝝ agri Qui respōdēs: ait. Qui seminat bonū semen: est filius hoīs Ager aūt est mūdus. Bonū vero semē hi sūt filij regni/ʒiʒania aūt filij sunt nequā. Inimicus autem q̄ seminauit ea: est diabol⁹. Messis vero cōsūmatio seculi est. Messores aūt: āgeli dei sūt. Sicut ergo colligunt ʒiʒania ꝛ igni cōburūtur: sic erit in cōsūmatiōe seculi. Mittet fili⁹ hoīs angelos suos/ꝛ colligēt de regno suo oīa scādala

et eos qui faciũt iniquitatez. Et mittẽt eos in caminuz ignis / ibi erit fletus ꝛ stridoꝛ dentiũ Tunc iusti fulgebunt sicut sol: i regno patris eoꝝ. Qui habet aures audiẽdi: audiat. Dñica.xx. Offm

O

Mnia que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti: qꝛ peccauimus tibi ꝛ mandatis tuis non obediuimus sed da gloꝛiam nomini tuo ꝛ fac nobiscum secundũ multitudinẽ misericoꝛdie tue. ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: i ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

O Mnipotẽs ꝛ misericoꝛs deus: vniuersa nobis aduersantia ꝓpiciatus exclude / vt mẽte ꝛ coꝛpoꝛe pariter expediti: q̄ tua sunt liberis mentibus exequamur. p. dominũ nostrum iesum chꝛistũ.

Ad ephesios. v. capitulo.

FRatres: Confido de vobis i domino ꝙ nichil aliud sapietis. Qui autem cōturbat vos: portabit iudiciū quicūqꝫ est ille. Ego aūt fratres si circūcisionē adhuc predico quid adhuc ꝑsecutionē patior? Ergo euacuatū est scādalum crucis? Utinā ꝛ abscindantur: qui vos cōturbant Quicūqꝫ eñ volunt placere in carne: hi cogunt vos circūcidi tantū: ut crucis christi persecutionem nō patiantur Neqꝫ eñ qui circuncidunt legē custodiunt: sed volunt vos circuncidi: ut i carne vestra glorientur Michi autem absit gloriari: nisi i cruce dñi nři iesu xpi. Per quē michi mūd⁹ crucifixus est: ꝛ ego mundo. Alla. ỽ. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pōdera: q sola fuisti digna sustinere regē celorum et dñm. Alleluya. ỽ. Dicite in gētibus qꝛ dñs regnauit a ligno. Seq̄ue.

SAlue crux scā arbor digna Cui⁹ robur preciosū mūdi ferret talētū. Ut hostis p lignū victor ligno reuinceret Quodqꝫ

erortus mort⁹ primis erat terrigenis paradiso propulsis Causa etiā vite foret cūctis christi morte vere viuificat⁹. Hostificū tu es sēper signū inimic⁹ crux sacra seuis. Quā mors pauet ifernusqꝫ timet q̄ xpo suos reconsignas Cui sit laus in euū. Euāge Erat homo ex phariseis. Require i festo scte trinitatis. Credo. Offr.

Protege domine plebē tuam per signū sancte crucis ab oibus insidiis inimicorum omnium ut tibi gratam exhibeamus seruitutē et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrū alleluya. Secreta.

SAcrificiū dñe qd imolam⁹ placatus intēde: ut ab omni nos eruat belloꝝ neqcia: ꝛ per vexillum sācte crucis filij tui ad cōterendas aduersarioꝝ insidias: nos in tue protectiōis securitate ꝯstituat. p eundē. Alia sec.

Super has hostias q̄s dñe bñdictio gl'iosa descēdat: q̄ et sctificationem nobis clementer operet: ꝛ de martyꝝ tuoꝝ alexādri euētij ꝛ theodoli solēnitate letificet. Pcfa Qui salutē. Coīo.

Per lignū serui facti sum⁹: et per sanctā crucē liberati sumus: fructus arboris seduxit nos fili⁹ dei redemit nos alleluya. In utroqꝫ festo finiat cū alla.

Repleti alimōia celesti: ꝛ spūali poculo recreati: quesumus oipotens deus. ut ab oi hoste maligno defendas: quos per lignū sācte crucis filij tui arma iusticie pro salute mundi triūphare iussisti. Qui tecū viuit et reg. Alia postcōio. Postcōmunio.

Sumptis dñe muneribus sacris tribue qs: vt ad eadem appetenda sctorum martyrum tuorum alexandri euentij et theodoli: precibus et exemplis promptius incitemur. p. ¶ Scti iohannis ante portam latinam. Offim. In medio ecclie. vel i ebdoma. natiuita. dñi. Oro.

Deus qui cōspicis quia nos vndiqz mala nostra perturbāt: presta qs. vt beati iohis apostoli tui et euangeliste intercessio gl'iosa nos ptegat. p. Epl'a. Quiti. All'a. ℣. Hic est discipul'. Seque. Laus deuo. Euāg. Dixit ies' pe. Credo. Offr. Iustus vt pal. Sec.

Hec nos qs dñe beati iohannis apostoli tui et euāgeliste solēnia tuis fac celebrare mysterijs: vt que pdicauit / et credamus pariter et sequamur. p. Prefatio. Et te dñe. Coio. Exiit sermo. Require hec oia in alio festo in ebdoma. natiui. dñi. Postcō.

Refecti dñe pane celesti: intercedēte btō iohanne apostolo tuo et euāgelista / ad vitam qs nutriamur eternā. p. ¶ Scti iohānis de beuerlaco epi et confessoris. Offm. Statuit ei. Oratio de cōi. Epl'a. Iustū deduxit. All'a ℣. Amauit eū. Seque. de cōi. Euāge. Ego sū vit' ve. Offr. Ueritas mea. Coio. Fidelis seruus. Sctōrū gordiani et epimachi martyr. Officiū. Scti tui domine. Oratio

Da quesumus omnipotens deus. vt q beatorum martyrum tuorum gordiani et epimachi solennia colimus: eorum: apud te intercessionibus adiuuemur. Per. Epl'a. Iustorum aie. All'a. ℣. Sancti tui dñe. Euāge. Ego sum vitis vos pal. Offr. Mirabilis de'. Sec.

Hostia qs dñe de' noster / vt sicut in cōspectu tuo mors est preciosa sāctorum: ita eorum merita venerātium / accepta tibi reddatur oblatio. Coio. Iustorum aie.

Respice qs dñe populū tuū spūalibus instrumētis: et quorum tribuis solēnia celebrare: fac eorum gaudijs iteresse. Postcō. ¶ Sanctorum nerei et achillei atqz pācracij martyr. Offm.

Ecce oculi dñi sup timentes eum: sperātes in mia ei' all'a: vt eripiat a morte aias eorum: qm adiutor et ptector noster est all'a alleluya. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oro.

Semper nos domine sāctorum martyrū tuorum nerei achillei atqz pancracij foueat quesum' beata solēnitas / et tuo dignos reddat obsequio. Episto. Iusti autem. Alleluya. ℣. Uox exultationis. Euangelium. Ego sum vitis vos palmi. Offerto. Cōfitebuntur. Secreta.

Sanctorum martyrum tuorum nerei et achillei atqz pācracij tibi dñe grata cōfessio: et munera nostra commēdet: et tuā nobis indulgētiam semp iploret. p. Coio. Gaudete iusti in. Postcō.

Quesum' dñe de' nr: vt beatorum martyrū tuorum nerei achillei atqz pācracij deprecationibus sacramēta sctā q sūpsimus: ad tue nobis pficiant

placationis augmētuz. p. ¶ Sācti dunstani episcopi et cōfessoris Offm̄. Sacerdotes tui. cantus de. Kyrie rex splendens. sine v. Oratio

Deus q̄ beatū dūstanum pōtificem tuum ad regna trāstulisti celestia: da nobis p gloriosa eius merita ad gaudia transire perēnia. Per. Memoria de sācta potētiana virgine. Oratio

Concede nobis q̄sumus om̄ps deus sancte potentiane virginis tue et exultare meritis: et beneficiorum ei⁹ attolli suffragiis. Ep̄la. Ecce sacerdos. Gradua. Iuraui. Alleluya. v. Posui adiu. Sequētia de cōi. Euāge. Homo quidā peregre. In tpe paschali euangeliū. Ego sū vitis vera. Offertorium

Susci Secre. Inueni dauid. Spe quesumus dn̄e munera supplicātis familie tue: que tibi in beati dunstani cōfessoris tui atq̄ pōtificis solēnitate deferim⁹ precantes. vt eius patrocinia venerādo adiuti defēdi mereamur ab omniū inimicor̄ isidiis. Per.

Olocausta hec Alia secreta. dn̄e tua benedictiōe sanctifica: vt sancte potētiane v̄ginis tue tibi meritis accepta sint: i cuius sunt veneratione oblata. p. Coio. Domine quinq̄. Postcōmu.

Beati dūstani cōfessoris tui atq̄ pōtificis q̄s dn̄e deprecatione nos adiuua i cui⁹ veneratione tua cōtigimus sacramē(ta. p.

Sum Alia postcō. ptis dn̄e salutis eterne mysteriis q̄s: vt itercedēte beata potētiana virgine tua: ita nos tuis vti facias sacramētis: vt eternis mereamur itercessionibus. ¶ Sācti aldelmi episcopi et cōfessoris

Offm̄. Statuit ei. Oratio.

Deus qui hodierna die sanctū pontificē tuuz aldelmum ad eterna subleuasti gaudia: ei⁹ q̄s meritis illuc tua nos pducat misericordia. Per. Memoria de sancto vrbano martyre. Oro.

Da q̄s om̄ps de⁹ / vt q̄ beati vrbani martyris tui atq̄ pōtificis solēnia colim⁹: eius apud te itercessionib⁹ adiuuemur. p. Ep̄la. Iustū deduxit. Grad. Dn̄e preuenisti. Alla. v. Iustus germi. Sequētia de cōi. Euāgeliū. Vigilate q̄ nescitis. In tpe paschali. Euāge. Ego sū vitis ve. Offert. Veritas

His tibi preci Secreta. mubus dn̄e nr̄a q̄s grata reddatur oblatio: p cuius festiuitate est immolata. p do. Alia secre.

Munera q̄s dn̄e tibi dicata sanctifica: et itercedēte beato vrbano martyre tuo atq̄ pontifice p hec eadē nos placatus intende. Per. Coio. Beatus seruus.

Solēnita Postcōmunio. tem quesumus domine sācti pontificis aldelmi celebrantibus adesto propicius: et nobis ei⁹ meritis cōcede gaudia vite celestis. Per dominum. Alia postcō.

Sumentes domine sacramēta celestia: pietatē tuā humili deuotiōe deposcim⁹: vt illā que i beato vrbano martyre tuo atq̄ pōtifice flagrauit: fortē dile

ctionem nobis benign⁹ aspires

Sancti augustini anglorum apli.

Officium. Sacerdotes dei. Oro.

Deus qui beatū augustinū pontificem primū doctorē populo cōcessisti anglorū tribue nobis quesumus: vt cuius merita pdicamus i terris: ei⁹ suffragia apd te sentiamus in celis. Per dnm. Epla. Dedit dns. Grad. Ecce sacerdos Alla. V. Amauit eū. Seque.

Ide cōi. S. lucam. x. capitulo

In illo tpe: Designauit dns et alios septuagitaduos ꝛ misit illos binos ante faciē suā: in omnem ciuitatē et locū quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidē mlta: operarij aūt pauci. Rogate ergo dnm messis vt mittat operarios i messē suā Ite Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos Nolite ergo portare sacculū neqꝫ perā: neqꝫ calciamēta: ꝛ neminē per viā salutaueritis. In quancūqꝫ domū intraueritis: primuꝫ dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illum pax vestra. Sin autem: ad vos reuertet. In eadeꝫ aūt domo manete: edētes et bibētes que apud illos sūt. Dignus est eīn operarius: mercede sua. In tpe paschali. Euāgeliū. Ego sū vitis vera. Credo. Offr.

Gra Secreta. Inueni dauid. Grata tibi sint domie q̄s oblata munera: quib⁹ ꝛ beati augustini cōfessoris tui atqꝫ pōtificis merita veneramur ꝛ nostre pariter recolimus insignia libertatis ꝛ vite. Per dnm. Coio. Fidelis seruus

Sancta tua q̄s dne Postcō. que pro beati augustini cōfessoris tui atqꝫ pōtificis hodierna solēnitate libauimus nos refoueant q̄bus ꝛ iugiter satiemur ꝛ semp desideremus expleri. Per

Sancti germani epi ꝛ cōfessoris

Offm. Statuit ei. Oro d cōi vni⁹ cōfessoris ꝛ pontificis. Epistola. Ecce sacerdos. Grad. Iurauit dns Alleluya. V. Disposui. Euangeliū. Homo quidam peregre. In tempore paschali. Euāgelium. Ego sum vitis ve. Offertorium. Veritas mea. Cōmunio. Beatus seruus.

Scte petronelle v̄ginis. Offm

Deus qui Oratio. Dilexisti. beatē petronelle virginis tue animā in celestib⁹ collocasti: fac nos eius interuētu a peccatoruꝫ nostrorum nexibus solui: ꝛ ab oi semper aduersitate defendi Per dnm. Epla. Qui gloriat. Grad. Dilexisti. Alleluya. V. Specie tua et pulchri. Euāge. Simile est regnū celorum decē vir. Offr. Offerent.

Sacrificiū mun⁹. Secreta q̄d tue offerim⁹ maiestati clemētissime de⁹ placat⁹ suscipe: et p merita btē petronelle glose virginis tue presentis vite subsidiū ꝛ future felicitatē concede. p

Pdo. Coio. Diffusa ē. Postcō. Perceptis dne salutarib⁹ alimētis q̄s: vt itercedēte btā petronella virgine tua: per hec pficere ad gaudia mereamur eterna. p.

Sancti nichomedis martyris Officiū. Letabitur iustus. Oratio

Deus qui nos beati nichomedis martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propicius. ut qui eius beneficia poscimus: dono tue gratie consequamur. Per dominum. Secreta.

Munera domine oblata sanctifica: et intercedente beato nichomede martyre tuo: per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

Supplices te rogamus omnipotens deus / ut quos tuis reficis sacramentis: intercedente beato nichomede martyre tuo tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concede. Per. Epla. Beatus vir qui in sapi. Gradu. Beatus vir. Alla. ℣ Posuisti. Euangeliu. Si quis vult post. In tempore paschali. Euang. Ego sum vitis ve. Offr. In virtute. Coio Posuisti. ¶ Sctorum marcellini et petri

Clamauerunt iusti Offm. et dominus exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. In tempore pascha. alla. ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio

Deus qui nos annua beatorum martyrum tuorum marcellini et petri solennitate letificas: presta quesumus: ut quorum gaudemus meritis prouocemur exemplis. Per. Lectio libri apocalip. beati iohis apo. vii.

In diebus illis: Respondens vnus de senioribus dixit michi. Hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt et vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi: tu scis Et dixit michi Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna: et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei: et seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet super thronum habitat super illos. Non esurient neque sitient amplius: neque cadet super illos sol neque vllus estus Quoniam agnus qui in medio throni est reget illos: et deducet illos ad vite fontes aquarum. Et absterget deus omnem lachrimam: ab oculis eorum. Grad. Iustorum anime. Alleluya. ℣ Mirabilis. Euangeliu. Cum audieritis. In tempore paschali. Euangeli. Ego sum vitis vos pal. Offr.

Letamini in domino. Secreta Tua domine dona deferentes in tuorum martyrum marcellini et petri passione: tuam magnificentiam veneramur: et per ea nobis implorarnus tue pietatis auxilium. Coio. Iustorum. Postcomunio.

Protegat domine quesumus populum tuum: et participatio celestis indulta conuiuii: et deprecatio collata sanctorum. Per dominum. ¶ Sancti bonifacii sociorumque eius martyrum. Offm. Sancti.

Omnipotens Oratio. tui. sempiterne deus qui beato bonifacio sociisque eius palmam martyrii contulisti: presta nobis quesumus: eorum meritis indulgentiam: qui eis largiri dignatus es coronam. Per dominum nostrum Epla. Spectaculum facti. Grad. Clamauerunt. Alla. ℣ Sancti tui domine. Euangeliu. Cum persequentur. In tempore paschali. Euangeliu. Ego sum

vitis vos pal. Offertorium. Confi tebuntur. Secreta.

Oblationem famulorum tuorũ suscipe omnipotẽs deus: quã tibi suppliciter deferimus i honore beati bonifacij martyr' tui sociorũ qz eius: vt qui tibi semetipsos obtulerũt hostiam laudis in odorẽ suauitatis: eorum pcibus vniri mereamur vnigẽito filio tuo domino nr̃o iesu christo. Qui tecũ. Coio. Gaudete iusti. Postcõmu.

Tua nos misericordia deus per hec sacramenta que sũpsimus itercedẽte beato bonifacio martyre tuo socijsqz ei⁹ / ꝛ ab omi surreptiõe vetustatis expurget: ꝛ capaces sancte nouitat; efficiat. Per dñm. ¶ Sanctor medardi et gildardi epõr. Officiũ. Sacerdotes eius. Oratio.

Deus qui sanctã nobis hui⁹ diei solẽnitatẽ in honore sanctorum confessorum tuor atqz pontificum medardi ꝛ gildardi cõsecrasti: adesto familie tue precib⁹ ꝛ dona: vt quorum festa celebramus: eorũ merito ꝛ auxilio subleuemur. p dñm. Epl'a. Plures facti sunt. Gradu. Sacerdotes eius. Alla. ℣. Fulgebũt iusti. Euãgeliũ Sint lũbi. In tempore paschali. Euange. Ego sũ vitis vos pal. Offertor. Exultabunt. Secreta.

Respice quesumus domine populũ tuum ad tua sacramenta currentẽ / ꝛ presentẽ festiuitatem sanctorum confessoru; tuor atqz pontificu; medardi et gildardi: vt quod i honore nomi nis tui detulerunt: cunctis pficiat ad veniã. p. Coio. Ego vos elegi. Postcoio.

Gratias tibi agim⁹ dñe de⁹ noster q̃ nos celesti medela reparare dignat⁹ es: da q̃s peccatis nostris venia; sicut beatis cõfessoribus tuis atqz põtificibus medardo ꝛ gildardo dedisti sedem pontificatus. p dominũ. ¶ Translatio sancti edmundi archiepiscopi. Officiu;.

Gaudeamus oẽs in dño diem festũ celebrantes sub honore edmũdi psulis de cuius trãslatione gaudent angeli ꝛ collaudãt filiu; dei. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collau datio. Oratio.

Deus q̃ nos beati edmundi confessoris tui atqz pontificis trãslationem celebrare cõcedis: te supplices exoramus: vt eius meritis ꝛ precibus a vicijs ad virtutes ꝛ a carcere trãsferamur ad regnum. Per dominum. Memoria de martyribus primo ꝛ feliciano. Oratio.

Hac nos quesumus dñe sanctorum martyrum tuoru; primi et feliciani semper festa sectari: quor suffragijs ptectiõis tue dona sentiamus. Per dñm. Epistola. Ecce sacerdos magn⁹ qui i vita sua. Graduale. Domine preuenisti eũ. Alleluya. ℣. Hic edmundus pauper et modicus celum diues ingreditur hymnis celestibus honoratur. Sequẽtia de cõi. Alma chor⁹. Euãgeliũ Homo q̃da; pegre. In tpe paschali. Euãgelium. Ego sum vit; ve. Offer. Ueritas mea. Sec.

Deus qui panem et vinum in corpus tuū et sanguinem celesti benedictione cōuertis: cōcede nobis p merita beati edmūdi cōfessoris tui atq pontificis: vt ad tuam misericordiam reuertētes: tuo beneplacito confirmemur. Per dominū. Alia secreta.

Fiat tibi quesumus domine hostia sacrāda placabilis preciosorum celebritate martyrum tuorum primi et feliciani: que per eorum merita gloriosa et pecata nostra purificet: et tuorum tibi vota conciliet famulorum. P dnm.

Coio. Beatus seruus. Postcōmu.

Deus qui beatum edmūdum confessorem tuum atq pōtificē a supplicijs ad gaudia trāstulisti: tribue qsumus: vt q trāslationem eius veneramur in terris per eius patrocinium ad celestia transferamur. Per dominū no.

Quesumus Alia postcoio. omnipotens deus: vt sanctorum martyrum tuorum primi et feliciani celestibus mysterijs celebrata solēnitas / indulgētiam nobis tue propiciationis acquirat. p d.

¶ Sācti barnabe apostoli. Officium. Michi autem. Oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine bti barnabe apostoli tui commendet oratio: et p ea interuentor existat: quam doctrina et passione illustrat. Per dominū.

Epistola. Jam non estis. Grad. Nimis honorati. Alleluya. V. In omnē terrā exiuit sonus. Sequentia de cōi. Secundū iohannem. xv. ca.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptū meū vt diligatis inuicē: sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt aiam suā ponat qs p amicis suis. Uos amici mei estis: si feceritis q pcipio vobis. Jam non dicā vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dns eius. Uos autē dixi amicos: quia omnia quecunq audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: et posui vos vt eatis et fructū afferatis: et fructus vester maneat. Ut quodcūq petieritis patrē in nomie meo det vobis. Credo. Offertorium.

Michi autem Secreta. Oblationis tibi domine sacrificium i hac beatissimi barnabe apostoli tui solēnitate deferimus: cuius nos pcibus hec redemptionis nostre suffragia et intelligere quesumus concedas et assequi. p dnm. Prefatio. Et te dne. Coio. Uos qui secuti estis. Postcōmunio.

Sacramēta celestia que pro beati barnabe apostoli tui passione domine tue obtulimus maiestati: ipsius nobis quesumus fiāt intercessiōe salutaria / in cuius natalicio sunt percepta. Per

¶ Sāctorum basilidis cirini naboris et nazarij martyr. Officiū. Sancti in conspectu. Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum basilidis cirini naboris et nazarij: qs dne natalicia nobis votiua resplēdeāt: et quod illis contulit excellētia sempiterna: fructibus

nostre deuotionis accrescat. Per
do. Episto. Iustorum anie. Gradu.
Uindica dñe. Alleluya. ℣. Iusti epulē
tur. Euāge. Ecce ego mitto vos.
Offertoriū Exultabunt. Secreta.

DA nobis q̄s domine pure de-
uotionis affectū et sancto-
rum martyrū tuorum basilidis ci
rini naboris et nazarij intercessio
nibus: etiam nostra munera ꝑpi-
cius intuere. p. Coio. Posuerunt.

DIuinis sacramen Postcō.
tis refecti quesumus domi
ne deus noster: vt sanctorū mar-
tyrum tuorum basilidis cirini nabo
ris et nazarij intercessionibus / gau-
dijs mereamur interesse celestibus.
Per dominū. ¶ Sācti basilij epi
scopi et cōfessoris. Officiū. Sta
tuit ei.

DEus q̄ bea- Oratio.
tum basiliū confessorē tuū
doctorem p̄cipuū catholiceq; fi-
dei p̄dicatorem eligere dignatus
es: presta quesumus. vt ipso ꝓ no-
bis intercedēte / peccatorum no-
strorum mereamur erui malis: et
tibi domino sinceris mentibus de
seruire. p dñm. Epistola. Ecce sa
cerdos. Graduale. Domine preueni
sti. Alla. ℣. Iustus germinabit. Euā
gelium Homo quidam peregre.
Offertorium. Ueritas mea. Secreta.

SAncti basilij cōfessoris tui
atq; pōtificis supplicatio
ne munus oblatum: domine que-
sumus. fiat nobis in perpetuū sa-
lutare. p dominū. Communio.
Beatus seruus. Postcommunio.

SUmptum domine celestis
remedij sacramentum: ad
perpetuā nobis ꝑuenire gratiā
beati basilij confessoris tui atq; pō-
tificis obtineat intercessio glorio-
sa. p dñm. ¶ Sanctorum viti et mo
desti atq; crescentie martyrum.
Officium. Iusti epulentur. Oratio.

DA nobis quesumus omnipo
tens deus: vt sanctorum mar-
tyrum tuorū viti et modesti atq;
crescentie: quorum celebramus victo
rias / participemur et premijs. p
dominū. Epistola. Iusti autem.
Graduale. Clamauerunt. Alleluya
℣. Mirabilis deus Scdm lucā. xi.

IN illo tempore: Dicebat ie-
sus turbis iudeorum: et prin
cipibus phariseorum. Ue vobis
q̄ edificatis monumēta propheta
rum: patres autem vestri occide
rūt illos. Profecto testificamini
q̄ consentitis operibus patrū ve
strorum: quoniam quidem ipsi eos
occiderūt: vos autem edificatis
eorum sepulchra. Propterea et sapi-
entia dei dixit. Mittam ad eos ꝓ
phetas et apostolos: et ex illis occi
dent et persequētur: vt inquiratur
sanguis oium ꝓphetarū: qui ef-
fusus est a cōstitutiōe mūdi a ge-
neratione ista A sāguine abel iu
sti vsq; ad sanguinem zacharie q̄
perijt inter altare et edem. Ita di
co vobis: requiretur ab hac gene
ratione Ue vobis legisperitis: q̄
abstulistis clauem scientie: ipsi nō
introistis: et eos qui itroibāt pro-
hibuistis. Cum hec ad illos diceret
ceperūt pharisei et legisperiti gra
uiter insistere: et os eius oppri-
mere de multis insidiātes ei. Et

querẽtes capere aliqd ex ore eius vt accusarent eum. Offertorium. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum quoniam tu benedices iusto domine vt scuto bone voluntat' tue

PRo Secreta. coronasti nos. picius esto domine supplicationibus nostris/ ꝛ populi tui oblationibus ꝑcibusq̈ susceptis intercessione sanctorum martyrum tuorum viti ꝛ modesti atq̈ crescẽtie: nostra ad te corda conuerte: vt a terrenis cupiditatib' liberi: ad celestia desideria trãsseamus. Per dominum. Cõmunio Anima nostra. Postcommunio.

SAlutaris alimonie participatiõe refectos beatorum martyrum tuorum viti et modesti atq̈ crescentie nos domine quesumus vbiq̈ defensione custodi quorum hodie voluisti nos tẽporali solẽnitate gaudere. Per dominum nostrũ. ¶ Trãslatio sancti ricardi. Officium. Statuit ei.

DEus qui nos trãsla Oratio tionem beatissimi confessoris tui atq̈ põtificis ricardi solẽniter celebrare concedis: tribue nobis quesumus: eius meritis et ꝑcibus a mundi huius transire miseria: ꝛ ad gaudia ꝑuenire celestia. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Memoria de martyribus cirico ꝛ iulita. Oratio.

EXaudi nos domine deus noster cum sanctorum martyrum tuorum cirici et iulite matris eius tibi patrocinio supplicantes: vt quorũ celebramus triumphum: possimus retinere constãtiam. Epistola. Ecce sacerdos. Graduale. Domine preuenisti. Alleluya. Iustus germinabit. Sequẽtia de comuni. Euãgelium. Homo quidã peregre. Offertorium. Veritas mea. Secreta

OFferimus tibi domine preces ꝛ munera supplicit exorantes: vt itercessiõe beati ricardi confessoris atq̈ põtificis cui' translationis solẽnia colimus: a vicijs ad ꝟtutes/ ꝛ a carcere trãsferamur ad regnũ. Per dominũ

OFferimus tibi Alia secreta. domine fidelium tuorum dona solennia sanctorum tuorum cirici et iulite intercessionibus confidẽtes: vt quod nos exequimur min' ydonea seruitute: illorum potius meritis efficiatur acceptum. Per dominũ Cõmunio Beatus seruus.

DEt Postcommunio. hec sacramenta domine que sumpsimus: et per itercessionem sancti põtificis tui ricardi/ cuius translatiõis diẽ deuote celebram': te supplices depcamur vt ipsius meritis ꝛ intercessione a tenebris huius vite ad lucem ꝑpetuam nos transferre digneris Per dominum nostrũ iesum christum. Alia postcommunio.

PLebs tua domine per hec sãcta q̃ sumpsimus: capiat sacre benedictionis augmentum/ et intercessione sanctorum martyrum tuorum cirici et iulite copiosis beneficiorum tuorum semper subleuetur auxilijs. Per dominum no.

¶ Sanctorum marci et marcelliani martyrum. Officium. Salus autem.

Presta quesumus Oratio. omnipotens deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum marci et marcelliani natalicia colimus a cunctis malis iminentibus: eorum intercessionibus liberemur Per do. Epistola. Lingua sapientum. Graduale. Iustorum anime. Alleluya. ℣. Reddet deus. Euangelium. Uidete ne quis. Offertor. Re Secreta. Anima nostra.

Ueniat nos quesumus domine gratia tua semper et subsequatur et has oblationes quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas offerimus benignus assume vt per intercessionem sanctorum martyrum tuorum marci et marcelliani cunctis proficiat ad salutem. Per dominum nostrum. Communio. Amen dico vobis quod vni ex minimis meis fecistis michi fecistis: venite benedicti patris mei possidete preparatum vobis regnum ab initio seculi.

Ut percepta nos Postcomio. domine sancta viuificent sanctorum martyrum tuorum marci et marcelliani merita gloriosa nos adiuuent. p. ¶ Sanctorum geruasij et prothasij. Ad missam.

Loquetur do Officium. minus pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui conuertuntur ad ipsum. Ps. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Oro.

Deus qui nos annua sanctorum martyrum tuorum geruasij et prothasij solennitate letificas: concede propicius: vt quorum gaudemus meritis/ accendamur exemplis. Per dominum nostrum.

Ad romanos. viij. capitulo

Fratres: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos prescivit: et predestinauit conformes fieri ymaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit Quos autem iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Gradua. Gloriosus deus. Alla. ℣. Sancti et iusti. Secundum marcum. xiij. ca.

In illo tempore: Egrediente iesu de templo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister/ aspice quales lapides: et quales structure. Et respondens iesus: ait illi. Uides has omnes edificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templun: interrogabant eum separatim petrus et iacobus et iohannes et andreas. Dic nobis quando ista fient: et quod signum erit quando hec omnia incipient consummari? Et respondens iesus cepit dicere illis. Uidete ne quis vos seducat Multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum et multos

seducent. Cum autem audieritis bella: et opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri sed nondum finis. Exurget autem gens super gentem: et regnum super regnum: et erunt terremotus per loca et fames Initium dolorum hec. Uidete autem vosmetipsos. Tradent enim vos in consilijs et in synagogis vapulabitis et ante presides et reges stabitis propter me in testimonium illis: et in omnes gentes primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradentes nolite precogitare quid loquamini: sed quod datum fuerit vobis in illa hora id loquamini. Non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium: et consurgent filij in parentes et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem: hic saluus erit. Offertorium. Letamini. Secreta

Hostias laudis tibi domine offerimus: quas beatis martyribus tuis geruasio et prothasio contulisti. vt et pro tuo nomine morti non parerent et sempiterna gloria fulgeant interempti. Per dominum no. Communio. Posuerunt. Postcommunio.

Benedictio tua domine quesumus per hec sancta misteria tuorum impleat corda fidelium vt et sanctorum martyrum tuorum geruasij et prothasij honorificent passiones: et remedia salutis eterne que expetunt: eisdem patrocinantibus assequantur. Per dominum

Translatio sancti eduardi regis et martyris. Officium. Gloria et honore. Oratio.

Deus eterni triumphator imperij familiam tuam propicius respice translationem regis celebrantem eduardi: et presta: vt sicut illum munere glorificare dignaris celesti: ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignanter ascribi. per dominum Epistola. Beatus vir qui inuen. Gradua. Posuisti. Alleluya. ℣. Beatus vir qui suffert. Si fiant nouem lectiones dicitur sequentia de communi. Euangelium. Si quis venit Offertor. Posuisti. Secreta.

Intuere quesumus domine deus ad nostram humilitatis hostiam tibi in honore sancti martyris tui ac regis eduardi oblatam quam tibi sacram oblationem mirabili dispensatione efficere voluisti: et concede nobis illius precibus ita innocenter viuere: vt ad eterna mereamur gaudia peruenire Per dominum. Communio. Qui vult. Postcommunio.

Sancta tua nos domine sumpta purificent: et beato martyre tuo ac rege eduardo intercedente / ad perpetue beatitudinis consortium perducant. Per. Sancti albani prothomartyris anglorum. Officium. In virtute tua. Oratio.

Deus qui hunc diem beati albani martyrio consecrasti: tribue quesumus: vt cuius annuo gratulamur officio: eius continuo foueamur auxilio. per dominum nostrum.

Lectio libri sapientie. iiij. capit.

Iustus si morte preoccupat9 fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna neqꝫ numero annorũ computata. Cani autẽ sunt sensus hominis: et etas senectutis vita immaculata. Placens deo factus dilectus: et viuens inter peccatores trãslatus est. Raptus est ne malicia mutaret itellectum illius aut ne fictio deciperet aĩam illius. Cõsummatus in breui expleuit tp̃a mlt̃a: placita em̃ erat deo anima illius. Propter hoc ꝓperauit educere illũ de medio iniquitatis: quoniã gratia dei et misericordia est in sanctos eius: et respectus ĩ electos illius. Gradua. Beatus vir. Alleluya. V. Posuisti.

Sequẽtia.

Eya gaudens caterua ouanter eya. Pange sonora dño cantica illius et enarra magnalia. Ex toto corde ex tota v̓tute ex tota anima christo iubila. Qui est sanctorum vita virtus gloria premium corona. Cuius pietas larga comit aurea albanũ laurea. Cui9 precellẽs gratia expurgauit eius crimĩa Eius et cornu ꝑ secula exaltat ĩ magna gl'ia. Cũ em̃ percepisset diua munera. Sãcte religionis dona mystica. Aspernãs ydolatram regẽ spernit ydola. Et cuꝫ iam duceretur mortꝫ ad supplicia. Prece fugans flumĩa. Per fluuij glareas sicca trãsiuit semita. Pari quoqꝫ gratia Grata fontis munera terra ꝑduxit arida. Post hec inclita albane pater opera Linquẽs hec terrestria. Scandis cuꝫ gloria celorum didima. Te nunc petim9 patrone prece sedula Qui es nr̃a vere gloria. Solue precum votꝫ seruorũ scelera. Alle. V. ter dicit Exora pro gẽte anglica et ꝑ eius pace et̃na Et nobis tibi supplicibus vite vera ĩpetra gaudia Ubi sonat iugiter all'a. Euange. Si quis vult. Offertr. In virtute tua.

Secreta.

Sicut in beati albani martyris tui veneratione te mirabilem predicamus sic domĩe clementiam tuam per hec pie placationis officia: ꝑ nobis quesumus ĩp̃e pius interuentor existat. Per dominũ nostruꝫ iesum christum filium tuuꝫ. Cõmunio Magna est. Postcõmunio

Ut tua nos domine sacramenta purgent a crimine sanctã maiestatem tuam quesumus beatus martyr alban9 semper imploret. p. ¶ In vigilia sancti iohannis baptiste. Officium.

Ne timeas zacharia exaudita ẽ oratio tua et elizabeth vxor tua pariet tibi filiũ et vocabis nomen ei9 iohãnem: et erit magnus corã dño: et spũ sancto replebit adhuc ex vtero matris sue: et multi ĩ natiuitate ei9 gaudebũt. Ps. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehemẽter. Oratio.

Presta quesumus omnipotens de9 / vt familia tua ꝑ viam salutis incedat: et beati iohãnis precursoris hortamẽta se-

ctando: ad eu3 quem predixit se-
curat perueniat. dnm nrm iesu3
christu filium tuum. Qui tecum
viuit et regnat. Memoria de san
cta etheldreda. Oro.

Deus qui nos hodie bte etheldre-
de virginis tue annua solenita-
te letificas: concede ppicius: vt
eius adiuuemur merit' cuius ca
stitatis irradiamur exeplis. Per.

Lectio hieremie phete. i. capit.

In diebus illis Factu est ver
bum dni ad me: dicens. Pri
usq te formare in vtero noui te:
et anteq exires de vulua sanctifi
caui te: et pphetam in gentibus
dedi te. Et dixi. A a a domie de':
ecce nescio loqui qr puer ego su3
Et dixit dominus ad me Noli di
cere quia puer sum: quoniam ad
omnia que mittam te ibis: et vni
uersa que mandauero tibi loque
ris. Ne timeas a facie eor: quia
ego tecum sum vt eruam te dicit
dns Et misit dns manu sua: et te
tigit os meu. Et dixit ad me. Ec-
ce dedi vba mea i ore tuo: ecce co
stitui te hodie super getes: et sup
regna: vt euellas et destruas et dis
perdas et dissipes et edifices: et pla
tes. Dicit dominus omnipotes.

Grad. Fuit homo missus a deo cui no
men iohannes erat hic venit. V. Ut testi
monium perhiberet de lumine et para-
re domino plebem perfectam. Si do
minica fuerit dicitur. Alleluya. V.
Tu puer propheta altissimi vocaberis
preibis ante dominum parare vias ei'.

Initium sancti euangelij. Se-
cundum lucam primo capitulo.

Fuit i diebus herodis regis
iudee sacerdos quidam no
mine zacharias de vice abia: et
vxor ei' de filiab' aaron: et nome
eius elizabeth. Erat autem iusti
ambo ante deu3: icedetes in om-
nibus mandatis et iustificationi
bus domini sine querela Et non
erat illis fili' eo q esset elizabeth
sterilis: et ambo pcessissent in die
bus suis. Factum est autem cum
sacerdotio fungeretur zacharias
in ordine vicis sue ante deum: se
cundum cosuetudinem sacerdo-
tii sorte exijt vt incesum poneret
ingressus in templu domini. Et
ois multitudo erat populi oras
foris hora icensi. Apparuit aute
illi agelus domini stas a dextris
altaris icesi. Et zacharias turba
tus est videns: et timor irruit sup
eum. Ait autem ad illum angel'
Ne timeas zacharia: quonia3 ex
audita est depcatio tua: et vxor
tua elizabeth pariet tibi filiu3 et
vocabis nomen eius iohannem
Et erit gaudium tibi et exultatio
et multi in natiuitate eius gaude
bunt Erit enim magnus coram
domino. Uinum et sicera non
bibet. Et spiritu sancto replebit
ad huc ex vtero matris sue et mul
tos filiorum israel euertet ad do
minu deum ipsor. Et ipse pcedet
ante illu in spiritu et virtute he-
lye: vt conuertat corda patrum in
filios: et icredulos ad prudentia
iustorum. Parare domio: plebe3
perfectam. Offertorium. Gloria
et honore coronasti eum. Secreta.

DA quesumus omnipotens deus: vt sicut beatus iohānes baptista astruxit: agnus ille tuus q̄ p̄sentibus mysterijs declaratus est: peccata nostra semp emūdet. Qui tecum viuit et regnat.

Alia secreta. QUe in hoc altari domine proposita oculis tue maiestatis offerimus: sancte etheldrede v̄ginis tue supplicatiōibus quesumus propici⁹ assume. Cōmunio. Magna est gloria

Postcōmu. BEati iohannis baptiste nos domie preclara comitetur oratio: ꝛ quem venturum esse p̄dixit: poscat nobis fore placatum: dominuꝫ nostrū iesum christum filium tuū. Qui tecū viuit ꝛ regnat. Alia postcō.

QUesumus omnipotens deus: vt quod de mensa celesti percepimus: intercedente beata etheldreda virgine tua: nostros semp ad te trahat affect⁹. Per dominum nostrum iesum christuꝫ.

¶ In die sancti iohānis baptiste

Officium. DE ventre mr̄is mee vocauit me domin⁹ nomie meo ꝛ posuit os meū vt gladium acutum sub tegumēto manus sue ꝓtexit me posuit me quasi sagittam electā. ps. Bonum est confiteri domino ꝛ psallere nomini tuo altissime.

Oratio. DEus qui presentem diem honorabilem nobis in beati iohānis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mētes dirige in viaꝫ salutis eterne. Per dominum nostrum. Lectio esaie prophete. xlix. capitulo.

AUdite insule: ꝛ attendite populi de longe. Domin⁹ ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordat⁹ est nois mei Et posuit os meum quasi gladium acutuꝫ in vmbra manus sue protexit me et posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscōdit me: ꝛ dixit michi. Seruus meus es tu israel: quia in te glorIabor. Et nunc hec dicit dn̄s: formans me ex vtero seruū sibi. Dedi te in lucem gentiuꝫ: vt sis salus mea vsq3 ad extremū terre. Reges videbunt ꝛ consurgēt principes: ꝛ adorabunt dominum deum tuum: ꝛ sanctuꝫ israel qui elegit te

Graduale. Priusq̄ᵐ te formarē in vtero noui te et anteq̄ᵐ exires de ventre sanctificaui te. ℣. Misit dominus manuꝫ suam et tetigit os meuꝫ et dixit michi. Alleluya. ℣. Inter natos mulierū nō surrexit maior iohanne baptista.

Sequentia. SAncti baptiste christi p̄conis. Solēnia celebrantes moribus ipsum sequamur. Ut ad vitam quam p̄dixit asseclas suos pducat. Deuoti te sanctissime hominuꝫ amice iesu christi flagitamus vt gaudia percipiamus. Sequēs v̄sus dicitur in natiuitate eius dē tātū. Apparēsq̄ zacharie gabriel repromisit qui tuaꝫ celebraret obsequijs natiuitatem. Sequēs v̄sus dicitur in decollatione eiusdeꝫ tantum. Maxima que dantur sanctis i ce

lo qui martyrij tui cõgaudemus
victorijs in die ista. Ut per hec fe
sta eterna gaudia adipiscamur.
Qua sacri dei sacris delitijs leti
congaudẽt. Tu qui preparas fi
delium corda Ne quid deuiũ vel
lubricum deꝰ in eis inueniat Te
deposcimus vt crimina nr̃a. Et
facinora continua prece studeas
absoluere. Placatꝰ Ut ipse suos
Semp inuisere. Fideles Et mã
sionem. In eis facere. Dignetur
Ut agni vellere quez tuo digito
Mundi monstraueras tollere cri
mina nos velit iducere. Ut ipsuz
mereamur angelis associj. In al
ba veste seq̃ per portã clarissimã
Amice christi iohãnes. Iste vlti
mus. v̄. dicitur ter i vtroq; festo
Euangelium secundũ lucam. v.

In illo tẽpore Elizabeth im
pletum est tempus pariẽdi:
et peperit filium Et audierũt vi
cini ꝛ cognati eiꝰ quia magnifi
cauit dominus misericordiaz su
am cum illa: ꝛ congratulabãtur
ei. Et factum est i die octauo / ve
nerunt circuncidere puerũ: ꝛ vo
cabant eum nomie patris sui za
chariã. Et respõdens mater eius
dixit. Nequaq̃: sed vocabit iohã
nes Et dixerũt ad illam: quia ne
mo est in cognatione tua: qui vo
cetur hoc nomine. Innuebãt au
tem patri eius: quem vellet voca
ri eum. Et postulãs pugillarem:
scripsit dicẽs. Iohãnes est nomẽ
eiꝰ. Et mirati sũt vniuersi. Aper
tum est autem ilico os eius ꝛ lin
gua eiꝰ: ꝛ loquebatur benedicẽs
deũ. Et factꝰ est timor super om
nes vicinos eorum: ꝛ sup oia mõ
tana iudee diuulgabant omnia
verba hec. Et posuerunt omnes
qui audierant in corde suo: dicẽ
tes. Quis putas puer iste erit? Et
enim manus domini erat cum il
lo. Et zacharias pater eius iple
tus est spiritu sancto: ꝛ ꝓpheta
uit dicẽs. Benedictus dominus
deus israel: quia visitauit ꝛ fecit
redẽptionem plebis sue. Credo.
Offerto. Iustus vt palma florebit si
cut cedrus que i libano est multiplicabi
tur. Secreta.

Tua domine muneribus altari a cumu
lamus: illius natiuitatẽ honore
debito venerãtes ꝛ opem nobis
affore deprecãtes: qui saluatorẽ
mundi ꝛ cecinit affuturum: ꝛ ad
esse mõstrauit iesum christũ filiũ
tuum. Qui tecuz viuit et regnat
Cõmunio. Tu puer propheta altissi
mi vocaberis preibis enim ante faciem
domini parare vias eius. Postcõmu.

Sumat ecclesia tua deus be
ati iohãnis baptiste gene
ratione leticiam: p quez sue rege
nerationis cognouit auctorẽ do
minum nostrum iesum christuz
filium tuũ. Qui tecuz viuit ꝛ rc.
Per totas octauas dicitur eadez
missa de sancto iohãne nisi festũ
intercurrat ꝛ nisi i dominica: sed
sine sequẽ. et Credo. ꝛ nisi missa
Salus populi. vel missa dominica
lis ex necessitate cantãda fuerit:
et quãdo dicitur missa de festo lo
ci vel de sctã maria. ¶ Sanctor
iohãnis et pauli martyr. Offm̃.

m Ulte tribulationes iusto rum et de his omnibus li berauit eos dominus: do minus custodit omia ossa eoru3: vnũ ex his nõ conteretur. ps. Be nedicam dominũ i omni tempore: sem per laus eius in ore meo. Oro. Q Uesumus omnipotẽs de⁹/ vt nos gemiata leticia hodierne festiuitatis excipiat: que de bea torum iohãnis et pauli glorifica tione pcedit / quos eadem fides ⁊ passio vere fecit esse germanos Per dominu3 nostrũ iesum chri stum Memoria de sancto iohan ne baptista. Epistola Hi sũt viri Graduale. Ecce ꝙ bonu3. Et dicit cũ vtroq3 versu. Alleluya. V. Isti sunt due oliue et duo candelabra lucen tia ante dominum: habent potestatem claudere celum nubibus et aperire por tas eius: quia ligue eorum claues celi fa cte sunt. Si dominica fuerit dicit sequẽtia de cõmuni. Euangeli. Attendite a fermẽto. Offertor. Gloriabuntur. Secreta. H Ostias altarib⁹ tuis domi ne placatiõis imponimus: potẽ tiam tuam i sanctorum tuorum io hãnis ⁊ pauli passionibus hono rando: ⁊ per eos nobis imploran do veniam peccatorum. Per do minum nostrum iesum christũ fi lium tuu3. Coio. Et si corã homi. S Umptis Postcõmunio. sacramentis plebs tua do mine quesum⁹ repleta proficiat et eorum fulta presidijs quoru3 natalicia celebrat: quod tẽpora liter deuota sectatur eternũ con sequi mereatur. Per dominũ no strum iesum xp̃m. ¶ In vigilia apostoloru3 petri et pauli. Offm̃ d Icit dñs petro cu3 esses iunior cigebas te: et am bulabas vbi volebas: cum autẽ senueris extendes ma nus tuas ⁊ alius te ciget et ducet quo tu nõ vis hoc autem dixit si gnificãs qua morte clarificatu rus esset deum. ps. Celi enarrãt glo riam dei: et opera manuum eius annũ ciat firmamentum. Oratio. D Eus qui nos beatoru3 apo stolorum tuorum petri et pauli glo riosa natalicia p̃uenire cõcedis: tribue quesumus: eorum nos semp beneficijs preueniri: ⁊ orationi bus adiuuari. Per dominu3 no. Memoria de sctõ leone. Oratio. D Eus qui beatum lonẽ põti ficem sanctorum tuorum me ritis coequasti: concede propici⁹ vt qui commemorationis eius festa recolim⁹: vite quoq3 imite mur exempla. Meoria de sancto iohãne baptista. Lectio actuum I apostolorum. iij. capitulo. N diebus illis: Petrus ⁊ io hannes ascẽdebant in templum ad horã orationis nona3. Et qui dam vir qui erat claud⁹ ex vtero matris sue baiulabatur que3 po nebant quotidie ad portã tẽpli q̃ dicitur speciosa vt peteret elemo sinam ab introeuntibus in tem plum. Is cum videret petrum ⁊ iohannem incipientes introire i templum: rogabat vt elemosinã acciperet Intuẽs autem in eum

petrus cum iohāne: dixit. Respice in nos. At ille intēdebat i eos sperās se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum et aurum nō est michi: quod autē habeo hoc tibi do In nomine iesu xpi nazareni: surge et ambula. Et apprehensa manu eius dextera alleuauit eum: et ptinus consolidate sunt bases eius et plāte. Et exiliēs stetit: et ambulabat Et intrauit cum illis in templū ambulans: et exiliens et laudans deum Et vidit eūm omnis populus ambulantem: et laudantem deum. Cognoscebāt autem illū quoniam ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosā portā templi. Et repleti sunt stupore: et extasi in eo quod contigerat illi. Graduale. In omnem terram. Si dominica fuerit dicatur vnū alleluya de cōmuni apostolorum. Secundum iohannem. xxi. cap.

In illo tempore: Dixit iesus symoni petro. Symō iohānis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterū Symon iohānis diligis me? Ait illi. Etiā domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Symon iohannis amas me? Cōtristatus est petrus: quia dixit ei tertio amas me. Et dixit ei. Domine tu oīa nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce oues meas. Amē amē dico tibi: cū esses iunior cingebas te: et ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris: extēdes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu nō vis. Hoc autē dixit: significās qua morte clarificaturus esset deū. Offertoriū.

MIchi autem. Secreta.

Munera domine tue propiciationis deferimus: que tibi p nostris grata ieiuniis: eorū quesumus deprecatio: quorum solennia puenimus efficiat. Per dñm nostrum iesum christum filiū tuū.

Annue nobis Alia secreta. domine vt per intercessionem beati leonis confessoris tui atq pōtificis: hec nob' psit oblatio: quam immolādo totius mūdi tribuisti relaxari delicta. Communio. Symon iohannis diligis me plus his: dñe tu omnia nosti tu scis quia amo te.

Sumpsimus domine diuina misteria beatorum apostolorum tuorum petri et pauli desiderata solēnia pcurrentes: psta quesum'. vt eorum supplicatōibus muniamur quorum regimur principatu. Per. Alia postcommunio.

Sumentes domine diuina misteria sancti leonis cōfessoris tui atq pōtificis pia nos quesumus intercessio psequat. vt cui' solēnia recensem': optata psidia sentiamus. p. ¶ In die aplorum petri et pauli. Ad mis. Officiū

nUnc scio vere q: misit dominus āgelū suū et eripuit me de manu herodis et de oī expectatione plebis iudeorum. ps. Et petrus: ad se reuersus dixit. Oratio.

DEus qui hodiernam diem apostoloꝛum tuoꝛũ petri ⁊ pauli martyꝛio cõsecrasti: da ecclesie tue eoꝛũ in omnibus sequi preceptum: p quos religionis sũpsit exoꝛdium. Per dominũ. Lectio actuũ apostoloꝛum. xii. cap.

IN dieb⁹ illis: Misit herodes rex man⁹ vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit aũt iacobum: fratrez iohãnis gladio. Uidens autem quia placeret iudeis apposuit appꝛehẽdere ⁊ petrum Erãt autem dies azimoꝛũ. Quẽ cum appꝛehẽdisset misit in carcerẽ. tradẽsq̃ quattuoꝛ quaternionibus militũ ad custodiendũ: volens post pascha pꝛoducere eũ populo. Et petrus quidez seruabatur in carcere. oꝛatio aũt fiebat sine itermissiõe ab ecclesia ad deũ pꝛo eo. Cum autẽ pꝛoducturus eum esset herodes: in ipa nocte erat petrus doꝛmiẽs inter duos milites vinctus cathenis duab⁹: ⁊ custodes ante ostiuz custodiebant carcerez. Et ecce angelus dñi astitit ⁊ lumẽ refulsit i habitaculo. Percussoq̃ latere petri excitauit euz dicẽs. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius Dixit autẽ angelus ad eum. Pꝛecingere: ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circũda tibi vestimẽtuz tuum: ⁊ sequere me. Et exiens sequebatur eum: ⁊ nesciebat q2 verum est: quod fiebat per angelũ. Existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem pꝛimam et secundam custodiã: venerunt ad poꝛtaz ferream que ducit ad ciuitatem / q̃ vltro aperta est eis. Et exeuntes pꝛocesserũt vicum vnum: et cõtinuo discessit ãgelus ab eo. Et petrus ad se reuersus: dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum: ⁊ eripuit me de manu herodis: et de omi expectatione plebis iudeoꝛum. Graduale. Constitues eos pꝛincipes. Alleluya ℣ Tu es symon bariona cui caro ⁊ sãguis non reuelauit verbũ patris: sed ipse pater qui est in celis. Sequẽtia.

UAude iocũda melos turma psona. Jungẽdo verba symphonie rithmica. Concrepans inclita armonia vera celi lumia. Luce qui aurea illustrarunt mundi regna omnia Uernant foꝛtia iã quoꝝ tropheа in celi regia. Quorum merita dissoluant crimina hac die fulgida. Naz alter crucis supplicio triumphãs alter ensis iugulo: vterq̃ nitet laurea Et super sublimes sydera insignes victoꝛia celica pꝛelati sunt in curia Hinc beate petre qui maxima reseras claudis ṽbo celi limia. Sume pius vota fidelia peti cuncta dissoluẽdo vincula Sacra paule ingere dogmata illustrãs plebis pectoꝛa. Et quousq̃ det deus pfecta vltra fer mẽtes sydera Pulchꝛis qua resultet musica ꝯtutũ fidib⁹ atq3 melis cõcina. Jn qua symphonia miscetur ⁊ illa q̃ vere diatesseron pꝛima. Constãs virtute ⁊ iusticia. Tẽperãtia ⁊ pꝛudentia. Quib⁹ supa agmina rite

decorata christo cātica psallunt
en armonica. Nostro sint choro
socia illa dent iumina q̄s pconia
damꝰ pperlirica. Sublime dicāt
nunc omnia. Amen redempta.
Euāgelium. Uenit iesus in par-
tes. Require i cathedra sancti pe
tri. Credo. Offertorium. Consti-
tues eos principes. Secreta.
Hostias domine quas nomi
ni tuo sacrandas offerimus apo
stolica psequatur oratio: p quā
nos et expiari tribuas ⁊ defendi.
Per dominum nostrum iesum.
Prefatio. Et te domine. Commu
nio. Tu es petrus ⁊ sup hanc petrā edi
ficabo ecclesiam meam. Postcōmu.
Quos celesti domine alimē-
to saciasti quesumꝰ aposto-
licis intercessiōibus ab omni ad-
uersitate custodi. Per dominum
nostrū. ¶ In commemoratione
sancti pauli. Ad missaz. Officiū
Scio cui credidi ⁊ certus
sum qꝫ potens est deposi
tū meū seruare in illū di
em. ps. Domine probasti me et cogno
uisti me tu cognouisti sessionem meam
et resurrectionem meam. Oratio.
Deus qui multitudinem gē
tium beati pauli apostoli
tui predicatione docuisti: da no-
bis quesumꝰ: vt cuius natalicia
colimus: eiꝰ apud te patrocinia
sentiamus. Per dominū nostrū.
Memoria de sctō petro. Oratio.
Deus q̄ beato petro aposto-
lo tuo collatis clauibus re-
gni celestis aīas ligādi atqꝫ soluē
di pontificium tradisti: concede
ppicius: vt intercessiōis eius au
xilio: a peccatorum nostrorū ne
xibus liberemur. Memoria de sā
cto iohanne baptista. Epla. Ad
galathas. i. capitulo.
Fratres Notū vobis facio euā
gelium quod euangelizatum est
a me: quia nō est secundū homi-
nem. Neqꝫ enim ego ab hoīe ac-
cepi illud neqꝫ didici: sed per reue
lationē iesu christi. Audistis enī
cōuersationem meā aliquando
in iudaismo: quoniam supra mo
dum persequebar ecclesiā dei: et
expugnabā illam Et pficiebam
in iudaismo supra multos coeta
neos meos in genere meo: abun-
dantius emulator existens pater
narum mearum traditionū. Cū
autem cōplacuit ei qui me segre-
gauit de vtero matris mee: ⁊ vo
cauit p gratiam suam: vt reuela
ret filium suum in me vt euāge-
lizarem illū in gētibus: cōtinuo
nō acquieui carni ⁊ sanguini ne
qꝫ veni hierosolimā ad antecel-
sores meos apostolos: sed abij in
arabiam: ⁊ iterum reuersus sum
damascum. Deinde post annos
tres veni hierosolimā videre pe-
trum: ⁊ mansi apud eum diebus
quindecim. Alium autē apostolo
rum vidi neminē: nisi iacobū fra
trem domini. Que autem scribo
vobis: ecce corā deo quia nō mē-
tior. Deinde veni i partes syrie et
cilicie. Erā aūt ignotꝰ facie eccle
sijs iudee: que erāt in christo iesu
Tm̄ aūt auditū habebant: qm̄ q̄
persequebat nos aliquādo / nūc

euangelizat fidem quam aliquā do expugnabat. Et in me glorifi cabāt: dñm nr̄m iesum christum Gradua. Qui operatus est. Alleluya ℣. Magnus sanct⁹ paulus. Sequentia Solēnitas sancti pauli. Euāge. Dixit symon petrus. Require in conuersione sancti pauli Credo Offertorium Michi autē. Secre.

Oblationē tibi domine voti uā deferimus precātes: vt ad laudē tui noīs ⁊ apostolice reuerentiam dignitatis: ⁊ ad nr̄m perueniat sāctificata presidium Per dominū. Alia secreta

Ecclesie tue q̄s dñe preces et munera beati petri apl'i tui commendet oratio: ⁊ quod pro illius gloria celebramus: nobis ꝓsit ad veniā. Prefatio. Et te do. Coio. Amen dico vobis. Require oīa ista in cōuersiōe sancti pauli scilicet. Graduale. Alleluya. Sequētiā. Euāgeliū et Cōmunio. Postcō.

Da q̄s omps de⁹: vt ecclesia tua et sacramentis refecta salutaribus ⁊ beati pauli apostoli tui fulta supplicationib⁹: sic ꝓsētia dona ꝑcipiat: vt capere mereatur eterna. Per dominum nostrum iesum. Alia postcommunio

Letificet nos dñe q̄s mun⁹ oblatū: vt sicuti ī apostolo tuo petro te mirabilē predicam⁹ sic per illū tue sumam⁹ indulgētie largitatē. ¶ In octa. sancti iohānis baptiste. Offm̄. Orō. Epistola. Graduale. Alleluya. Offertorium et Cōmunio. sicut in prima die dicantur cum hoc euāge.

Secundum lucam. j. capitulo.

Deus qui es sanctorum tuorum splēdor mirabilis q̄ hodierna die beati stephani martyr tui nichodemi gamalielis atq3 abibō inuē

tioné gl'iosa ꝫ reuelasti: da nobis in eterna leticia de coꝛuꝫ societa te gaudere. Per. Secreta.

Sacrificiuꝫ tibi dñe fideliũ tuoꝛum votis oblatũ serenus intende: vt qḋ dilecto martyri tuo stephano nichodemo gamalieli atqꝫ abibon hodiernã iuentiõis coꝛ cõtulit gloꝛiã: nobis ad redẽptionem pꝛosit et gratiam. Per.

Epularum Postcõmunio.

Etuaruꝫ alimẽto saginati te humiliter rogamus dñe deus noster: vt beati martyꝛis tui stephani / nichodemi / gamalielis / atqꝫ abibon / meritis nos vbiqꝫ adiuues: quoꝝ hodie reuelationis solennitatẽ celebꝛamus. Per dñm

Scti osualdi regis ꝛ martyꝛis Officiũ. Gloꝛia et honoꝛe. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus / qui huius diei iocũdam sanctãqꝫ leticiã i sancti serui tui osualdi passione ꝯsecrasti: da coꝛdibus nr̃is tui amoꝛis caritatisqꝫ augmẽtũ. vt cuius in terris sancti sanguinis effusionem celebꝛamus: illius i celo collata patrocinia sentiamus. p. Epistola. Beatus vir q̃ inuen. Gradua. Posuisti. Alleluya. ℣. Beat⁹ vir qui suffert. Euãgeliũ. Si quis venit. Offertoꝛium. Gloꝛia et honoꝛe. Secreta.

Munera q̃s dñe que in sancti osualdi regis ꝛ martyꝛ⁊ tui cõmemoꝛatiõe tue maiestati offerimus ꝓpiciatus assume: ꝛ illã que in eo flagrauit foꝛtẽ dilectionem nobis inspira benignus. p dñm. Coio. Magna est. Postcoio.

Vitali alimonia recreati q̃s sumus omnipotens deus. vt beati osualdi martyꝛis tui pꝛecibus: tuam nobis iusticiam placari sentiam⁹ cuius gloꝛiosa certamina solẽni deuotione veneramur. Per dominũ. De transfiguratione dñi. Benedictio vue.

Benedic domine et hos fruct⁹ noue vue quos tu domine roꝛe celi ꝛ inundatiõe pluuiarum ꝛ tempoꝛum serenitate atqꝫ trãquillitate ad maturitatẽ perducere dignatus es: ꝛ dedisti eos ad vsus nostros cũ gratiarũ actione pcipere. In nomine domini nostri ✠ iesu chꝛisti: per queꝫ omnia domine semper bona creas. Qui tecũ. Ad missã introitus.

V Eni ꝛ ostẽde nobis faciem tuã domie qui sedes super cherubi ꝛ salui erimus. ps. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Collecta.

Deus qui hodierna die vnigenituꝫ tuum mirabiliter trãsfoꝛmatũ celitus vtriusqꝫ testamẽti patribus reuelasti: da nobis quesum⁹ bñplacitis tibi actibus ad eius semper contemplandam pertingere gloꝛiã: i quo tue paternitati optime cõplacuisse testat⁹ es. p eundẽ. ij. Lectio epistole beati petri apostoli. j. capit.

Charissimi: Non enim indoctas fabulas secuti notã fecimus vobis domini nr̃i iesu xp̄i virtutem ꝛ pꝛescientiam: sed speculatoꝛes facti illius magnitudinis. Accipiens eñi a deo patre ho

norem et gloriā voce ad eū delap sa huiuscemodi a magnifica gloria: hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui: ipsuz audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatā cum essem⁹ cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendētes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. Donec dies illucescat: et lucifer oriatur in cordibus vestris. Graduale. Tecuz principium in die virtutis tue in splēdorib⁹ sanctorum ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorum. Alleluya. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis venite gētes et adorate dñm quia hodie descendit lux magna super terrā. Sequētia Laudes saluatoris. Quere i oct. pa

Benedicta Sequētia. sche. semp sit beata trinitas deitas scilicet vnitas coequalis gl'ia Pater filius spiritus sanct⁹ tria sunt nomina oīa eadēq3 substantia. Deus genitor de⁹ genitus in vtroq3 sacer spirit⁹ deitate socia Non tres tamē dij sunt deus verus vnus est sic pater domin⁹ filius spiritusq3 dñs. Ipse tamē filius deus verus vnus est preclar⁹ itaq3 spiritus ab vtroq3 emanat Proprietas in psonis vnitas est et in essentia. Maiestas par et potestas decus honorq3 per omnia. Sydera maria cōtinens arua simul et vniuersa condita. Quem tremūt ipia tartara colūt quoq3 quem et abyssus ifima. Quē laudāt sol atq3 luna dignitas adorat āgelica. Nūc oīs vox atq3 lingua fateat hūc laude debita. Et nos voce pcelsa omnes modulemur organica cātica dulci melodia. Eya et eya nunc omnes iubilemus alti throni domino laudes in excelsis. O venerāda trinitas O adorāda vnitas. Per te sum⁹ creati vera eternitas. Per te sum⁹ redēpti summa tu caritas Populum cunctum tu protege salua libera eripe et emunda. Te adoramus omnipotens tibi canim⁹ tibi laus et gl'ia. S. mathe. xvij. ca.

In illo tempore: Assumpsit iesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius: et duxit illos in montē excelsum seorsum et trāsfiguratus est ante eos. Et resplēduit facies ei⁹ sicut sol: vestimēta autez eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt eis moyses et helias: cū eo loquentes. Respondens autē petrus: dixit ad iesum. Dñe: bonuz est nos hic esse Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnū: moysi vnū: et helie vnū. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obūbrauit eos Et ecce vox de nube: dicēs Hic est filius meus dilect⁹ in quo michi bene cōplacui: ipsum audite. Et audiētes discipuli: ceciderunt in faciē suaz: et timuerūt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitq3 illis. Surgite nolite timere. Leuātes aūt oculos suos: neminez viderunt nisi solū iesuz. Et descē

dentibus illis de monte: precepit eis iesus: dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Credo. Offer. Deus enim firmauit orbem terre qui nõ cõmouebitur: parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Suscipe quesumus dñe sancte pater omnipotens munera que pro gloriosa filij tui transfiguratione deferimus: et concede propicius. vt per hec a temporalibus liberemur incõmodis: et gaudijs cõnectamur eternis. Per eundem Prefatio de natiuitate. Quia per incarnati. Coio. In splẽdoribus sanctorũ ex vtero ante luciferum genui te.

Deus qui hunc Postcõmu. diẽ incarnati verbi tui trãsfiguratione tueque ad eũ missa paternitatis voce cõsecrasti: tribue quesumus. vt diuinis pasti alimonijs in eius mereamur membra trãsferri: qui hec in suam memoriã fieri precepit: iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit. ¶ Sctõr sixti felicissimi et agapiti martyrum. Officium.

Salus autem iustorum. Oro. Deus qui nos concedis sanctorũ martyrum tuorum sixti felicissimi et agapiti natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Epistola. Benedictus deus. Graduale. Iustorum anime. Alleluya. Reddet deus. Euãgelium. Cũ audieritis. Offertoriũ. Gloriabuntur

Munera domine Secreta. tue maiestati oblata sctõr martyrum tuorum sixti felicissimi et agapiti quesumus intercessione nobis ad salutem proficere sentiamus eternam. Per dñm. Coio. Ego vos ele.

Beatorum mar- Postcoio. tyrum tuorum sixti felicissimi et agapiti dñe itercessione placatus: presta quesumus. vt mysteria sancta que temporali celebramus actiõe perpetua saluatione capiamus. Per. ¶ Missa de noie

In nomine iesu. Offim. iesu om̃e genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et ois lingua cõfiteatur: quia dñs iesus christus in gloria est dei patris. Ps. Laudate dominũ quoniam bonus dñs: psallite noi eius qm̃ suaue.

Deus qui gloriosissi- Oro. mũ nomen iesu christi vnigeniti filij tui domini nostri fecisti fidelibus tuis sũme suauitatis affectu amabile: et malignis spiritibus tremendum atque terribile: cõcede propicius. vt omnes qui hũc deuote venerantur i terris / sancte cõsolationis dulcedinẽ in presenti percipiãt: et in futuro gaudium exultationis et interminabilis iubilationis obtineãt. Per eundem. Lectõ actuũ aplor. iiij.

In diebus illis: Petrus repletus spiritu sãcto: dixit: Principes ppli: et seniores audite. Si nos hodie dijudicamur i bñfacto hois infirmi in quo iste saluus factus est: notum sit oĩbus vobis et omni plebi israel: quia i noie domini nostri iesu christi nazareni / quem vos crucifixistis / quem deus susci

tavit a mortuis: in hoc iste astat
coram vobis sanus. Hic est lapis
qui reprobat⁹ est a vobis edificā
tibus/ qui factus est i caput āgu-
li: ꝛ nō est i alio aliquo salus. Ne
qȝ eñ est nomē aliud sub celo da-
tū hoibus: i quo oporteat nos sal
uos fieri. Grad. Cōstituit de⁹ pater
ad dexteram suam iesum xpm in celesti
bus super omnem principatū potestatē
et virtutem et dñationem et omne no-
men quod noiatur non solum in hoc se-
culo sed etiam in futuro et omnia subie
cit sub pedibus eius. V. Adiuua nos de
us salutaris noster et ppter gloriam no
minis tui domine libera nos et propici⁹
esto peccatis nostris propter nomē tuū
Alleluya. V. Dulce cordi christi nomē
iesu melos auri mel in esu: cor vertit in
iubilum et fugat mundi sibilum. Se
cundū Alleluya. in cōmemoratio
nib⁹. In tēpore paschali Alleluya
V. Surgēs iesus dñs noster stetit i me
dio discipulorum suorum ꝛ dixit pax vo
bis. In cōmemoratiōibus a. lxx.
usqȝ ad pascha Tractus. Dulce
nomen iesu christi felix omen serens tri
sti iocūdans mentem iubilo. V. Tollit
luctum affert fructum: et obductum et
seductum purgat cor a nubilo. V. No-
minatum inuocatū honoratū predicatū
semp sonat dulciter. V. Tam peccatū
ꝙ reatum condonatū expurgatū reddit
mulcens leniter. V. Hostes ferit mores
serit mala terit graues gerit plenum est
presidiū. V. Nos defendit nos accendit
nos intendit et extendit hoc nomē i gau
dium.

Sequētia.

Dulcis iesus nazarenus iudeorū rex
amen⁹ pius pulcher florid⁹. Pro
salute sue gētis: subit mortem cū
tormentis factus pallēs liuidus
Dulce nomē ꝛ cognomē hoc trā-
scendens est prenomen omnib⁹
nomibus Mulcet reos sanat eos
fouet iustos munit eos seruās ab
insultib⁹. Hui⁹ regis sub vexillo:
statu degis i trāquillo hostes tui
fugiunt. Nomen eius meditatū
belli fugat apparatū hostes victi
fugiunt. Hoc est nomē recolēdū
quod sic semper est tremēdū ma-
lignis spiritibus. Hoc est nomen
salutare ꝛ solamen singulare qđ
succurrit tristib⁹. Hoc nos decet
honorare archa cordis iserare co
gitare pamare amore sȝ heroico.
Ignacius hoc docuit hoc ꝛ pass⁹ i
sonuit cor eius scissū patuit iscri
ptum iesu celico Ut quid maiora
cupimus ꝙ cpiesus sit intimus ꝗ
est precamātissimus: ꝛ querit nos
amare. Amat feruētissime amat
cōstantissime amat fidelissime ꝛ
suos vult iuuare. Nomen suū fe
cit tale vt sit cunctis cordiale ca-
pitale pricipale dilectum et inti-
mis. Habēt hoc nature iura vt a
mantem tota cura reamem⁹ pla
citura prestātes et animis. Iesu
nomen omne bonū tenet dulcez
facit sonū pmeretur regni thro-
nuz auditū letificat In hoc lucet
splēdor patris in hoc patet decor
matris i hoc fulget honor fratris
hoc fratres magnificat Caput ie
su cor mēs manus vulnus liuor
sanguis planus pedes corpus vi
gor sanus parantur hoibus. Per
torquētur passa dura his lesura s

natura reparantur pia cura pur gatis criminib⁹. Ergo si quis ve lit scire quare iesu nomē mire fa cit bonos cōcupire sui iherentiā Jes⁹ pulcher i decore sūme bon⁹ in valore/mitis lenis cū dulcore pnus ad clemētiā. Jesus ē rex ge neros⁹ iesus forma specios⁹ iesus ligua gl'iosus ⁊ mirandus opere Jesus fortis animosus iesus pu gil vigorosus ies⁹ donis copios⁹ et gaudet tribuere Jes⁹ pie visce rosus iesus ductor luminosus ie sus est delicios⁹ ⁊ sapit dulcissime Jesus fama gl'iosus iesus cūctis fructuosus iesus tot⁹ virtuosus fouet suos optime. Sūm⁹ potēs in vigore sūmus celsus i honore sūmus gratus in amore omnem laudem obtinet. Jn sciēdo sūme sapit ambiēdo cuncta capit dili gēdo corda rapit et illata detinet Eya nomen nobis gratuz iesus dulcis appellatum sit in corde sic firmatum vt nō possit erui. Hoc reatū pctōr tollat prestet iubilo rum odas sede beatorū donet no bis perfrui. Scdm matheū .j. ca.

In illo tempore: Angelus do mini apparuit i somnis io seph dicēs: ioseph fili dauid noli timere accipere mariā cōiugem tuam. Quod enim in ea natū est de spiritu sctō est. Pariet autem filium: ⁊ vocabis nomen eius ie sum. Ipse enim saluum faciet po pulum suuz: a peccatis eor. Hoc autem totū factuz est: vt adiple retur quod dictū est a dño per p phetam dicētem Ecce virgo con cipiet in vtero ⁊ pariet filiū: ⁊ vo cabitur nomen eius emmanuel. Quod iterpretatur nobiscū de⁹. Credo. In die tantū. Offertoriū In noīe meo demonia eicient: linguis loquent nouis serpentes tollēt et si mor tiferū quid biberint non eis nocebit su per egros manus imponent et bene ha bebūt alleluya. Secreta.

In veneratione nominis dile cti filij tui dñi nostri iesu christi tibi deus pater misericordiar de uotis mentibus hostias immola mus suppliciter deprecantes: vt earū virtute cunctis egentibus prestetur auxiliuz: vt in eodē no mine delectātes salutarē sui pro positi cōsequantur effectuz. Per eundem. Prefatio. Quia per in carnati. per totuz ānum. Coio. Uincenti dabo manna absconditū i da bo illi calculum candidū et in calculo no men nouum scriptuz quod nemo nouit nisi qui accipit. Dicitur cuz alleluya Postcoio.

Sacrosancta my steria que sumpsimus dñe ad honorē cōplacentissimi nois filij tui dñi nri iesu christi deuot⁹ precordijs recolētes: quesumus: vt incremēta spiritualis exulta tiōis nobis accumulēt/⁊ affectū nostrū ad hoc salutiferū nomen iesu iugiter imprimēdum accen dant: ⁊ ad iubilādū in iesu salua tore nostro dulcissimo tota men tis itentione promoueant. Per eundē. ¶ Sācti donati epi ⁊ mar tyr. Offm. Sacerdotes dei. Oro.

Deus qui es tuorum gloria sacerdotum: presta quesu-

nus: vt sācti donati martyris tui atqꝫ pontificis cuiꝰ festa agimus sentiamus auxiliū. p do. Epl'a. Nemo militās. Graduale. Inueni dauid. Alleluya. ℣. Disposui. Euā. Uigilate quia nesci. Offr. In vir

Exaudi dn̄e Sec. (tute tua.
qs p̄ces nostras: ⁊ vt tibi digna sint munera que oculis tue maiestatis offerimus: intercedē te beato donato martyre tuo atqꝫ pōtifice, subsidiū nobis tue pietatis impēde. Per dominū no. Coio. Magna est. Postcōmunio.

Deuotiōis nostre dn̄e q̄s clemēter adesto: vt intercedē te beato donato martyre tuo atqꝫ pōtifice: qđ ad honorē tui nominis debito frequētamus obsequio fiat nobis remediū salutare. Per do. ¶ Sancti ciriaci sociorumqꝫ eius martyrū. Officium.

Timete dominum. Oratio.
Deus qui nos annua beatorum martyrum tuorū ciriaci sociorūqꝫ eius solēnitate letificas: concede p̄picius: vt quorū natalicia colimꝰ: virtutē quoqꝫ passionis imitemur. Per dn̄m. Lectō libri sapiētie. Ecclesiastici. ij. ca.

Metuētes dn̄m sustinete misericordias eius: et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dn̄m credite illi: ⁊ non euacuabit merces vestra. Qui timetis dn̄ꝫ spate i illū: ⁊ i oblectatione eiꝰ veniet vobis mīa Qui timetis dn̄m diligite illū: et illuminabūtur corda vestra. Respicite filij natiōes hoim: ⁊ scitote qꝫ nullus sperauit in dn̄o et cōfusus est Quis enim permāsit in mandatis eius: ⁊ derelictus est. Aut q̄s i uocauit illū: et despexit eū. Quoniā pius ⁊ misericors ē dominus deꝰ noster. Graduale. Timete dominū. Alleluya. ℣. Mirabilis dn̄s. Secundum marcum. xvi. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Eūtes i mūdum vniuersum p̄dicate euāgelium omi creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: saluꝰ erit Qui vero non crediderit: cōdemnabitur. Signa aūt eos qui crediderint: hec sequētur. In nomine meo demonia eijciēt: linguis loquētur nouis, serpētes tollent Et si mortiferū quid biberit: nō eis nocebit. Super egros manꝰ imponēt: ⁊ bene habebūt. Offr.

Pro san- Secre. Letamini.
ctorum tuorū ciriaci sociorumqꝫ eius martyrio venerādo tibi domine laudis hostias imolamus: tua mirabilia pertractātes: per que talis est p̄fecta victoria. Per dn̄ꝫ. Coio. Signa eos qui in me credent hec sequētur demonia eijcient super egros manus imponēt et bene habebunt. Postcōmunio.

Sanctorum martyrū tuorū ciriaci sociorūqꝫ eius precibus cōfidentes: q̄sumus dn̄e. vt per ea que sumpsimus: eterna remedia capiamus. Per dn̄m. Quādo vigilia sācti laurētij extra dominicam euenerit tūc dicat missa de octauis iesu post tertiam eius memoria de sctō romano: ⁊ post ser

tam dicat missa de vigil. vtraqз ad principale altare. Quādo vigilia sancti laurētij in dñica euenerit tūc dicatur missa de vigilia in capitulo cū mēoria de scto romano ꝛ in sūma missa de octa. ꝛc sic fiat mēoria de dñica ꝛ de trinitate ꝛ nichil de sancto romano ꝛ tūc in feria quarta proxima seque͂te dicat missa dñicalis in capitu.

¶ In vigilia. sci laurētij. Offm.

Dispersit dedit pauperib' iusticia ei' manet i seculum seculi cornu ei' exaltabitur in glia. Ps. Beatus vir qui timet dñm: i mādatis eius volet nimis

Da quesumus omnipotēs de' / vt triūphum beati laurētij martyris tui quez despectis ignibus cōsūmauit in terris: perpetua celorum luce cōspicuū digno fidei feruore veneremur. p dñm. Memoria de sancto romano martyre. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs de' / vt qui beati romani martyris tui natalicia colim': intercessione eius i tui nominis amore roboremur. Per dominū

Epistola. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. vltimo capit.

Confitebor tibi dñe rex ꝛ collaudabo te deuз saluatorem meum. Cōfitebor nomini tuo: quoniam adiutor ꝛ protector factus es michi: ꝛ liberasti corpus meuз a perditiōe. A laqueo lingue inique: ꝛ a labijs operātiū mēdaciū Et in cōspectu persequētium factus es michi adiutor: ꝛ liberasti me secundū multitudinē misericordie nomīs tui A rugientib' ꝑparatis ad escam: de manibus ꝗrentium animā meā ꝛ de multis tribulatiōib'. Et a ꝑssura flāme ꝗ circūdedit me: et i medio ignis nō sū estuatus. De altitudine ventris iferi: ꝛ a lingua coinquinata: et a verbo mēdacij. A rege iniquo: ꝛ a ligua iniusta liberasti me Laudabit vsqз ad mortē anima mea dñm: qm̄ eruis sustinētes te et liberas eos de manu angustie: dñe de' noster. Grad. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculū seculi. V. Potēs in terra erit semē eius generatio rectorꝫ benedicetur. Si dominica fuerit dicitur. Alleluya V. Leuita laurētius bonū opus operatus est qui per signū crucis cecos illuminauit: et thesauros ecclesie dedit pauperibus. Euāg. Si qs vult post me. Offr. Orō mea mūda est et ideo peto vt detur locus voci mee in celo: qr ibi est iudex meus et cōscius meus in eternum ascendat ad dñm depcatio mea. Sec.

Tanto placabiles tibi domine quesumus nostre sint hostie: quāto sancti martyris tui laurentij p cuius solēnitate exhibētur tibi grata sunt merita. p do.

Muneribus Alia secreta. nostris quesumus dñe precibusqз susceptis et celestibus nos mūda mysterijs: et intercedente btō romano martyre tuo clemēter exaudi. Per. Coio. Qui vult.

Conserua quesū Postcoio. mus dñe munus tuū in nobis: vt quod te donante p beati

laurētij martyris tui solēnitate percepimus: et salutē nobis operetur et pacē. Per. Alia postcōio.

Da quesumus dñe deus noster/ vt sicut beati romani martyris tui temporali gratulamur officio: ita ꝑpetuo letemur aspectu. Per dominum nostruz.

In die sancti laurentij. Officiū.

Confessio et pulchritudo in cōspectu eius: sanctitas et magnificētia i sanctificatione eius. Ps. Cantate dño canticum nouum: cantate domino omnis terra.

Da nobisq̄. Orō. Da quesumus omnipotens de⁹ viciorum nostrorū flāmas extinguere qui beato laurētio tribuisti tormentorū suorū incendia supare. P d. Memoria de iesu. Ep̄la .ij. ad corinthios. ix. capitulo.

Fratres Qui parce seminat parce et metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus et metet. Unusquisq3 put destinauit in corde suo: nō ex tristicia aut necessitate. Hylarē em datorem: diligit deus. Potēs est autem deus omnē gratiam abūdare facere in vobis: vt in oībus semp omnē sufficientiam habētes: abūdetis i omne opus bonū sicut scriptuz est. Dispersit dedit pauperib⁹: iusticia eius manet i seculum seculi Qui autem administrat semen seminātī: et panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen vestrum: et augebit incrementa frugum iusticie vestre. Gradua. Probasti domine cor meū et visitasti nocte. V. Igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. Alleluya. V. Leuita laurentius bonum opus operatus est qui per signū crucis cecos illuminauit. Sequē.

Sola iocūditatis alleluya Induit hodie domin⁹ militem suū laurētiū. Solito plaudat alacrius concio leta fideliuz. Hodie martyr isignis hostiā deo placētem obtulit. Hodie tormentū ignis grauiter examiatus pertulit. Animatus ad certamē monitu beati senis. Grauissimis nō refugit exhibere membra penis. Ante regē accersit et de rebus cōuenitur occultis ecclesie Sed nō cedit blādimentis emollitus aut tormentis ei⁹ auaricie. Luditur valerianus et leuite larga man⁹ dū petit iducias. Dat mīster caritatis paupibus cōgregatis facultatū copias. Furit igit̄ prefectus et paratur ardēs lectus insultantis viscera crates vrit aspera Sudat martyr i agone spe mercedis et corone q̄ datur fidelibus p xp̄o certantibus. De cui⁹ militia celi gaudet curia Qr vicit hodie ministros nequitie. Ut hūc ergo p patronū consequamur vite donuz In illius die festo chor⁹ noster letus esto. Iocūdum in ecclesia decantās alleluya. Euangelium. Nisi granum frumenti. Offertorium. Confessio et pulchritudo in cōspetu eius: sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Secreta.

Accipe tuis domine mysterijs digni reddamur: illa q̄sum⁹.

veritas nos illuminet semper et foueat: que i beati laurentij martyris tui corde flāmam tue cōfessionis accendit: iesus xpus filius tuus dn̄s noster. Qui tecum. Coio. Qui michi ministrat. Postcommunio.

Sacro munere satiati supplices te dn̄e deprecamur/ vt quod debite seruitut; celebram⁹ officio: intercedēte beato laurentio martyre tuo saluatiōis tue sētiamus augmentū. p. ¶ Sancti tyburtij martyris. Offm̄. Iustus vt palma florebit. Oratio.

Beati tyburtij martyris tui nos dn̄e foueant cōtinuata presidia: quia non desinis propicius intueri/ quos talib⁹ auxilijs cōcesseris adiuuari Per do. Memoria de sancto laurentio. Ep'la. Doctrinis varijs. Grad. Iustus nō cōturbabit. Alleluya. ỽ. Posuisti. Euāgeliū Si quis vult. Offerto Posuisti domie. Rata Secreta.

Sint tibi dn̄e hec sacrificia q̄ in sācti tyburtij martyr; tui passione deferūtur: cui⁹ intercessione q̄sum⁹ salutaria nobis efficiātur. Coio. Qui vult. Postcōmu.

Quesumus op̄s deus/ vt interueniēte beato tyburtio martyre tuo: et tua i nobis dona multiplices et misericorditer largita cōserues. p. ¶ Sancti ypoliti sociorūq; ei⁹ martyr. Officiū. Aque Oro. Iusti epulentur

Da que sumus omp̄s deus/ vt beati ypoliti martyris tui sociorūq; eius venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. p do minū nostrum. Memoria de iesu et de sctō laurētio. Epistola. Iusti autem in perpetuū. Graduale Iustorum anime. Alleluya. ỽ. Sācti et iusti. Sequentia. Ecce pulchra Euangeliū. Attendite a fermēto. Offertoriū. Aia nostra. Secre.

Respice quesumus domine munera populi tui i sactorum martyrū tuorum ypoliti sociorūq; eius honore oblata: et te stificatio tue veritatis/ nobis p̄ficiat ad salutem. p. Coio. Dico autem vobis amicis meis ne terramini ab his qui vos persequuntur. Postcōmunio.

Quos tuis domine reficis sacramentis: sanctorū martyrum tuorum ypoliti sociorūq; eius attolle benign⁹ suffragijs: vt nostre redēptiōis affectum et mysterijs capiamus et moribus. Per dominum nostrū.

¶ Quādo vigilia assumptionis beate marie extra dominicā euenerit tūc dicatur missa de octa. iesu post tertiam cum memorijs de sanctis eusebio et laurētio et post sextā dicat missa de vigilia vtraq; ad principale altare. Quando vigilia assumptionis btē marie i dominica euenerit tūc dicatur missa de vigil'. in capitulo cū memorijs de sanctis eusebio et laurētio: et in summa missa de octa. iesu fiat mēoria de dominica et de trinita. et nichil de sanct; eusebio et laurētio et tunc in tertia feria proxima sequēte dicat missa dominicalis i capitu. ¶ In vigilia assumptiōis btē marie. Officiū.

Salue sancta parens enixa puerpera regẽ qui celũ terrãq; regit in secula seculorũ. ℣s. Benedicta tu ĩ mulieribus: et benedict⁹ fructus vẽtris tui. In hac vigilia nõ repetat offm̃ post psalmũ: sed post. Glia patri. Sicut erat. tm̃ Ad hanc missã de vigilia dicit cant⁹ ferialis sup. Kyrie. Sãctus. ⁊ Agnus nisi dñica fuerit tũc cm̃ dr cãtus sup. Kyrie Glia ĩ excelsis. Sctũs et Agnus et Ite missa est. sicut ĩ festo triũ lectio. sine regere chori: ⁊ dr missa in capitulo. Orõ

Deus qui virginalẽ aulã beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da q̃s. vt sua nos defensiõe munitos / iocũdos faciat sue iteresse festiuitati. Qui viuis ⁊ reg. cũ deo patre. Meõria

Deus de sctõ eusebio. Orõ. qui nos beati eusebij cõfessoris tui annua solẽnitate letificas: cõcede propicius. vt cui⁹ natalicia colimus / p eius ad te exẽpla gradiamur. Meõria de sãcto laurẽtio. Lectio libri sapi. Ecclesiastici. xxiiij.

Ab initio et ante secula creata sum: ⁊ vsq; ad futurũ seculum nõ desinã: et in habitatione sctã corã ipso ministraui. Et sic in syon firmata sũ: ⁊ in ciuitate sctificata simi liter requieui: ⁊ in hierusalẽ potestas mea. Et radicaui in pplo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illi⁹. Et ĩ plenitudine sãctorum: detentio mea. Grad. Benedicta et venerabilis es virgo maria q̃ sine tactu pudoris inẽta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quem tot⁹ nõ capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Si dominica fuerit dicit. Alleluya. ℣. Post partũ virgo inuiolata permãsisti dei genitrix intercede pro nobis. S. lucam. xi. ca.

In illo tpe: Loquẽte iesu ad turbas extollens vocẽ quedã mulier de turba: dixit illi Beatus vẽter qui te portauit ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo: bti qui audiũt vbũ dei: ⁊ custodiũt illud. Offr. Felix nãq; es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus ĩ sol iusticie christ⁹ deus noster. Et dicitur hac die sine alla q̃ñcũ q; dicit extra. ιxx. vsq; ad pascha nisi ad hãc missã de vigil. tm̃ cuz extra dñicã venerit ℣. Btã es virgo maria q̃ dñm portasti creatorẽ mundi genuisti qui te fecit et in eternum permanes virgo. Secre.

Munera nostra dñe q̃s apd clemẽtiã tuã dei genitricis cõmendet oratio: quã idcirco de presenti seculo trãstulisti: vt p peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dominum no.

Sancti euse. Alia secreta. bij confessoris tui interuẽtu domine tibi seruitus nostra cõplaceat: ⁊ oblatio presentiũ munerũ fiat presidium deuotorum. Prefatio quotidiana dicat. Cõmunio Alma dei genitrix succurre p cantibus cunctis: nos quoq; vna precamur supplices: ve tuis precib⁹ adiuti laudemus trinitatem. Postcommunio

Concede q̃sum⁹ misericors de⁹ fragilitati nr̃e presidiũ

vt q̇ scte̅ dei genitricis ⁊ virginis marie requie̅ celebramꝰ: itercessionis eiꝰ auxilio a nr̄is iniq̇tatibꝰ resurgamꝰ. p eu̅de̅. Alia postco.

Sumpsimus dn̄e sacrame̅ta celestia: que nobis itercede̅te beato eusebio ꝯfessore tuo se̅tiamus vberius profutura. p d.

In die assu̅p. bte̅ marie. Offm

Gaudeamus oe̅s in dn̄o diem festu̅ celebra̅tes sub honore marie virginis de cuius assumptione gaudent angeli ⁊ collaudant filiu̅ dei. ps. Eructauit cor meum verbu̅ bonu̅: dico ego opera mea regi. Kyrie. Deꝰ creator. Oratio

Ueneranda nobis dn̄e huiꝰ diei festiuitas opem co̅ferat sempiterna̅: i qua sa̅cta dei genitrix morte̅ subijt te̅poralez: nec tame̅ mortis nexibꝰ deprimi potuit: q̄ filiu̅ tuuz dn̄m nr̄m de se genuit icarnatu̅. Qui tecu̅. Lectō libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiij.

In oibus requie̅ quesiui: ⁊ i hereditate dn̄i morabor. Tu̅c p̄cepit ⁊ dixit michi creator oim: ⁊ qui creauit me req̇euit i tabernaculo meo ⁊ dixit michi In iacob i̅hita: ⁊ in israel hereditare ⁊ i electis meis mitte radices. Et sic in syo̅ firmata sum: ⁊ in ciuitate sa̅ctificata similiter req̇eui: ⁊ i hierusale̅ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illiꝰ/ ⁊ i plenitudine sanctoru̅ detentio mea Quasi cedrus exaltata su̅ in libano: et quasi cypressus i mo̅te syo̅. Quasi palma exaltata su̅ i cades et quasi plantatio rose in hierico Quasi oliua speciosa i campis: ⁊ quasi platanꝰ exaltata suz iuxta aquam i plateis. Sicut cynamomu̅ ⁊ balsamu̅ aromatiza̅s: odorem dedi. Quasi myrrha electa: dedi suauitate̅ odoris. Alia epl'a per octa. Lectō li. spie̅. ca̅ticor. iij.

Egredimi ⁊ videte filie syo̅. regem salomone̅ in dyademate quo coronauit eu̅ mat̄ sua in die despo̅satio̅is illius: ⁊ in die leticie cordis eius. Qua̅ pulchra es amica mea: q̄ pulchra es ⁊ decora oculi tui columbaruz: absq; eo qd̄ intrinsecus latet. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula no̅ est i te. Ueni de libano spo̅sa mea veni de libano veni Qua̅ pulchre sunt mamme tue soror mea spo̅sa. Pulchriora sunt vbera tua vino: ⁊ odor vnguentorum tuoruz super omnia aromata. Fauus distillans labia tua spo̅sa: mel ⁊ lac sub lingua tua: ⁊ odor vestime̅torum tuoru̅ sicut odor thuris. Ortus co̅clusꝰ soror mea spo̅sa: hortus conclusus: fons designatus. Emissiones tue paradisus malorum punicorum: cuz pomor̄ fructibus. Fo̅s hortor̄ puteus aquarum viuentium: que fluunt impetu de libano. Ueni in hortu̅ meu̅ soror mea spo̅sa: messui myrrhaz meam cum aromatibus meis. Una est columba mea: perfecta mea vna e̅ matri sue: electa genitrici sue. Uideru̅t eam filie syon et beatissima̅ predicaueru̅t/ regi

ne ꝛ concubine laudauerũt eam Que est ista que ꝓgreditur: quasi aurora consurgens: pulchra vt luna electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata. Quam pulchra es ꝛ ꝙ decora carissima i deliciis? Statura tua assimilata ē palme: ꝛ vbera tua botris. Et eleganter alternis vicibꝰ p octa. videlicet vna die. In omibus requiē. Et altera die. Egredimini et vi. Ita tñ ꝙ in dñica infra octa. et i octaua die dicit. Epl'a. In omnibus requiez. Grad. Propter veritatem et mãsuetudinē et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia ꝛ vide et inclina aurē tuã quia concupiuit rex speciem tuaz. All'a. V. Hodie maria virgo celos ascendit gaudete quia cũ xpo regnat in eternũ. Sequēs alleluya dr quotidie p octa. nisi i dñica ꝛ in octa. die tunc vero dicit all'a sicut in pria die. Alleluya. V. Assumpta ē maria i celum gaudent angeli et collaudantes benedicũt dñm.

Sequẽtia.

Hec a virga pri- me matris eue florēs rosa ꝓcessit maria. Oritur vt lucifer inter astra etherea perpulchra vt luna. Fragrascit vltra omia balsama pigmenta et thimiamatha. Purpurea vt viola rosida vt rosa cādēs vt lilia. Patrꝫ summi quã elegit ꝓles deica. Ut assumeret carnē sacrosanctã ex vginis carne icorrupta. Celsus nũciat gabriel noua gaudia. Eterni regis exortum in terra matrē ꝙ eiꝰ ita salutat. Aue maria dñi mei mat alma celica plēa grã. et dr terna vice. Tu benedicta regē i secula paries effecta orbis regina Fecũda ergo iquit quomodo esse queã cum virũ non agnoscam et quo sum nata et semp permanēs virgo pudica. Ne timeas rñdit angelus sanctũ neuma descēdet in te casta quo fecũdata paries deũ et hoiem vna. O vere sãcta atqꝫ amãda et qua ē orta redemptio nostra salus quoqꝫ mũdi veraqꝫ vita. O dei nostri genitrix pia suscipe nostra hac die precata i qua es assumpta ad celi claustra. Tu es cũ patri cara tu es iesu mater bona tu sãcti spũs es tēplũ facta Tu es pulchra dei spōsa tu regez xp̃m enixa dña es in celo ꝛ in terra. Hodie nãqꝫ curie celestis tibi obuia agmina te assũpserunt ad palatia stellata. Jesus ꝛ ipse festiuus tibi matri cũ angelis occurrēs sede paterna secũ locauit i secula. Iã cũ deo regnãs nr̃a excusa clemēs mala poscēs cuncta bona o benigna Mediatrix nr̃a que es post deũ spes sola tuo filio nos representa Ut in poli aula leti iubilemus all'a. Scdm lucã. x. cap.

In illo tpe: Intrauit iesus i quoddã castellũ: ꝛ mulier ꝙdã martha noie excepit illũ in domũ suã: ꝛ huic erat soror noie maria. Que etiã sedens secus pedes dñi: audiebat verbũ illius. Martha aũt satagebat: circa frequēs misteriũ. Que stetit ꝛ ait Dñe nõ est tibi cure ꝙ soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et rñdens: dixit

illi dñs Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro vnũ est necessariũ Maria optimã partẽ elegit: que nõ auferet ab ea. Credo. Offr. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternũ et in seculũ seculi. Sec.

Grata tibi domine q̃s munera nostra efficiat dei genitricis oratio: quã et si pro cõditione carnis migrasse cognoscimus in celesti gl'ia / p nobis apd te iugiter orare sentiam⁹. p eũd. Prefatio. Et te in assumptiõe. Hec p̃fatio dicitur quotidie per octa. et i oct. Coio. Btã viscera marie virginis q̃ portauerũt eterni patris filiũ. Postcõ.

Mense celestis participes effecti iploramus clemẽtiam tuã dñe deus nr̃: vt q̃ festa dei genitricis colim⁹ a cũct; malis iminẽtibus ei⁹ itercessiõibus liberemur. Per eundẽ. Quotidie p ebdomadã dicit eadẽ missa cũ ppriis sequẽtijs: sz sine. Credo. nisi in dñica dr̃. Credo et i octa. die si dñica fuerit. Scda die sequẽtia.

Post partũ virgo maria dei genitrix fecunda gratia tõnãtis plena. Aue terrarũ dña alma celorũ regia. Tibi ethera omnisq; sãctorũ turma deppromat symphonia. Tellus flumia atq; siluarũ nemora resultẽt voce sua Salue parẽs inclita felix puerpera. Per te lux et veritas mũdo est edita. Tu iesũ papilla lactasti sacra extans virgo feta mater intacta. Unde nostris eya faue votis dña xp̃m interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri filiorũ flagitamus crimina. Nosq; oẽs itroduci sempiterna paradisi gaudia. Quo perẽnis vite perfruamur gl'ia. Tertia die sequẽ.

Aue maria gr̃a plena Dñs tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus Que peperisti pacem hoibus et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essem⁹ sui nos fecit per gratiã. Per hoc aũt aue mundo tam suaue cõtra carnis iura Genuisti prolẽ nouũ stella solẽ noua genitura Tu parui et magni leonis et agni saluatoris christi templũ extitisti sed virgo itacta Tu floris et roris panis et pastoris virginũ regina rosa sine spina genitrix es fctã Tu ciuitas regis iusticie Tu mater es misericordie. Theophilũ reformãs grẽ. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella verbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta p quã lux est orta natũ tuũ ora. Nos vt soluat a peccatis et in regno claritatis quo lux luce sedula collocet per secula. Quarta die sequẽtia.

[I]Etabundus exultet fidelis chorus all'a. Nota i. lxx. pro alleluya dicit die ista. Regem regum intacte pfundit thorus res miranda. Angelus consilij nat⁹ est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens stella semp rutilãs semper clara. Sicut sydus radium profert virgo filiũ pari forma. Neq; sydus radio neq; mat filio fit corrupta Cedr⁹ alta liba

ni conformatur ysopo valle nra Verbũ ens altissimi corpali passum est carne sũpta. Esaias cecinit synagoga meminit nunq̃ tamen desinit esse ceca. Si nõ suis vatibus credat vel gentilib⁹ sibilinis versibus hec pdicta. Infelix ppera. Crede vel vetera. Cur dãnaberis gens misera Quẽ docet littera. Natũ ↄsidera Xpm genuit puerpera. Quita die seque.

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepando symphonia nectarea. Mũdi dña q̃ ẽ sola castissima virginũ regina Salutis causa vite porta atq3 celi referta grã Nã ad illa3 sunt nũcia olim facta angelica Aue maria grã dei plena p secula. Mulierũ pia agmina intra semp benedicta. Uirgo et grauida mater itacta ple gl'iosa. Cui contra maria hec reddit famina In me quomõ tua iam fient nũcia? Uiri noui nulla3 certe copulã. Ex quo atq3 nata sum icorrupta. Diua miss⁹ ita reddit affata Flatu sacro plẽa fies maria. Noua efferẽs gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portans q̃ gubernat eterna. Omnia qui dat tẽpora pacifica. Aue Sexta die sequentia.

Aue mundi spes maria aue mitis aue pia aue plena grã Aue virgo singularis que p rubum designaris non passum incendia. Aue rosa speciosa aue iesse ṽgula. Cui⁹ fruct⁹ nostri luctus relaxauit vincula. Aue carens simili: mundo diu flebili reparasti gaudium. Aue cuius viscera contra mortis federa ediderũt filiũ. Aue virginu3 lucerna per quã fulsit lux superna his quos vmbra tenuit Aue virgo de qua nasci ꝛ de cui⁹ lacte pasci rex celorum voluit. Aue gẽma celi luminariũ. Aue sãcti spiritꝰ sacrariũ. O q̃ mirabilis ꝛ q̃ laudabilis hec est virginitas. In qua p spiritu3 facta paraclitum fulsit fecũditas. O q̃ sãcta q̃ serena q̃ benigna q̃ amena eẽ virgo creditur. Per quã seruit⁹ finitur porta celi aperitur ꝛ libertas redditur. O castitatis liliũ tuum precare filiũ qui sal⁹ est humiliũ. Ne nos p nostro vicio in flebili iudicio subiciat supplicio. Sed nos tua sctã p̃ce mundãs a peccati fece. Collocet in lucis domo. Amẽ dicat ois homo. Septia die sequẽtia.

Hodierne lux diei celebris i matris dei agitur memoria. Decãtemus in hac die semper virginis marie laudes et preconia Ois homo omi hora ipsam hora ꝛ implora eius patrocinia Psalle psalle nisu toto cordis oris voce voto aue plena gratia. Aue dña celor inexpta viri thorum parens paris nescia. Fecundata sine viro genuisti more miro genitorẽ filia Florens ort⁹ austro flante porta clausa post ꝛ ante via viris inuia Fusa celi rore tellus fusum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splẽdor firmamẽti tu caliginose mẽti desuper irradia. Placa mare maris stella

ne inuoluat nos pcella & tempestas obuia. ¶ Tertia die ifra oct. assumptionis dicitur missa i ca. de octa. sancti laurẽtij. Officiũ.

P Robasti dñe coꝛ meuz et visitasti nocte: igne me examinasti & nõ est inuẽta in me iniquitas. Ps. Exaudi dñe iusticiã meam: intẽde deprecationẽ me. Oratio.

B Eati laurẽtij martyr tui nos faciat dñe passio venerãda letãtes: & vt eã sufficiẽter recolamꝰ: efficiat pꝛõptioꝛes. p. Epl'a. Qui parce seminat. Gradua. Posuisti. Alleluya. ℣. Leuita laurẽtius. vel s'm i vigilia eiꝰ. nisi quãdo pꝛedicta vigilia i dñica contigerit: tũc eñi dicitur hac die. Alleluya. sicut in pꝛia die. Secundum matheum. x. capitulo.

I N illo tempoꝛe: Dixit iesus discipl'is suis. Qui amat patrem aut matrẽ plusq̃ me: nõ est me dignꝰ. Et qui amat filiũ aut filiam sup me: nõ est me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suã: et sequit me: nõ est me dignꝰ Qui inuenit aiam suaz: pdet illã. Et q̃ perdiderit aiam suã ppter me: inueniet eã. Qui recipit vos: me recipit: & q̃ me recipit: recipit eũ q̃ me misit. Qui recipit pphetã i noie pꝛophete: mercedẽ pꝛophete accipiet. Et qui recipit iustũ in noie iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicũq; potũ dederit vni ex minimis istis calicẽ aque frigide tãtũ in noie discipuli: amẽ dico vobis nõ perdet mercedẽ suã. Offertorium. In virtute tua. Secreta.

B Eati laurẽtij martyꝛis tui honoꝛabilem passionẽ muneribus domine geminatis exeq̃mur: que licet pꝛopꝛijs sit memoranda pꝛincipijs: indesinẽter tamen permanet gloꝛiosa. Per do. Coio. Posuisti. Postcommunio.

S Alutare nobis domie quesumus itercessio beati laurẽtij martyꝛis tui pꝛestet auxiliũ vt celestis mẽse participatio quã sumpsimꝰ: tribuat ecclesie tue recensitã leticiã. Per do. Sciendũ est q̃ quãdocunq; octa. sãcti laurentij in dñica ɔtigerit: missa de ipsis oct. i illa dñica in capitulo dr: & missa dñicalis in vigilia sancti bartholomei i capitulo dicat nisi cũ fuerit. xxvj. vel xxvij. dñica. Deus omniũ. vsq; ad aduentũ dñi: tunc eñi ibi vna missa dñicalis differatur. Dñica ifra octa. assumptionis ad missã oia fiant sicut i pꝛima die moꝛe simplicis festi. ix. lectionũ ita tñ quod. Kyrie. Glia in excelsis. Sequẽtia. Sãctus et Agnus. per oꝛdinem dicuntur. Quarta die ifra oct. fiat mẽoꝛia de sãcto agapito martyꝛe. Oro.

L Etetur ecclesia tua deus beati agapiti martyꝛis tui cõfisa suffragijs: atq; eius pꝛecibꝰ gloꝛiosis & deuota permaneat: & secura consistat. p do. Secreta.

P Ro beati agapiti martyꝛis tui passione veneranda hostias laudis tibi domine immolãtes: quesumus. vt eius oꝛationibus placeãt / p cuius meritis offeruntur. Per. Postcommunio.

Presta q̃s dñe deus noster: vt sacramẽti tui virtute p̃cepta itercessiõe bti agapiti martyris tui tãto munere digni reddamur. p d. Quita die ifra oct. fiat memoria d sctõ magno marty. or.

Adesto dñe supplicatiõibus nostris et intercedẽte beato magno martyre tuo ab hostium nos defende ppiciatus incursu.

Oblatis tibi Secre. Per d. dñe quesum⁹ fideliũ tuor muneribus intẽde ppicius: ⁊ vt nullius irrita postulatio / nulli⁹ sit inane votũ: gloriosi martyris tui magni desideratũ nobis p̃be subsidium. Per. Postcõio.

Tua sctã sumentes q̃s dñe: vt bti magni martyris tui nos foueãt continuata presidia. Per d.

¶ In octa. assũptiõis btẽ marie ad missã oĩa fiãt sicut in p̃ria die more simplicis festi. ix. lectionuz et dicit sup. Kyrie. cant⁹ de Kyrie omnipotens. Dicitur etiã Spiritus et alme. a trib⁹ clericis de superiori gradu in supplicijs ad gradũ chori: ⁊ d. Sãctus. cũ hac additione Bñdictus marie fili⁹. Et fiat memoria de martyrib⁹ timotheo et

Auxili- symphoriano. Orõ. um tuũ nobis q̃s dñe placatus impẽde: ⁊ intercedentib⁹ beatis martyribus tuis timotheo et simphoriano dexteraz super nos tue propiciationis extẽde. p do.

Aue pre- Et d ista sequẽ. clara maris stella in lucẽ gẽtium maria diuinitus orta. Euge celi porta que non aperta veritatis lumen ipsũ solẽ iusticie indutũ carne ducis in orbẽ. Uirgo decus mundi regina celi p̃electa vt sol pulchra lũar vt fulgor agnosce oẽs te diligẽtes Te plenã fide virgaz alme stirpis iesse nasciturã priores desiderauerũt patres ⁊ pphete. Te lignũ vite sacro rorãte pneumate parituraz diuini floris agnũ dalũ signauit gabriel. Tu agnũ regez terre dñatorem moabitici de petra deserti ad mõtem filie syõ traduxisti. Tuq3 furẽtem leuiathã serpentez tortuosumq3 et vectẽ collidẽs dãnosuz crimine mũdũ exemisti. Hinc gẽtiuz nos reliquie. Tue sub cultu meõrie ꝯtrumimodũ quẽ es enixa ppiciationis agnũ regnantẽ celo eternaliter reuocam⁹ ad arã mactanduz mystetialiter. Hinc manna verũ israelitis. Ueris veri abrahe filijs. Admirãtib⁹ quõdã moysi qd typus figurabat iaz nũc abducto velo datur perspici ora ṽgo nos illo pane celi dignos effici. Fac igni sctõ patrisq3 ṽbo qd rub⁹ vt flãmaz tu portasti virgo mater fctã pecuali pelle distincto pede mũdis labijs cordeq3 ppinquare. Fac fontẽ dulcem quẽ in deserto petra p̃monstrauit degustare cũ sicera fide renesq3 sue cingi lotos i mari anguem eneũ in cruce speculari. Audi nos naz te fili⁹ nichil negãs honorat Salua nos iesu p q̃bus virgo mater te orat. Da fontez vite visere da puros mentis oculos i te defigere. Christianismi fidez operibus

redimire beatoque fine. Ex hui⁹ incolatu seculi auctor ad te trāsire.

Accepta tibi sit dn̄e Secre. Asacrate plebis oblatio: p tuorum honore sanctorū quorū se meritis percepisse de tribulatiōe cognoscit auxiliū. Per. Postcō.

Sacro munere satiati q̄s oīpotens deus / vt interuenientibus beatis martyribus tuis timotheo et symphoriano: nos omnes sanctor tuor iubeas assisti collegio. Per do. ¶ In vigilia sancti bartholomei apostoli que de oia i cōi vnius apostoli. Et fiat memoria de martyrib⁹ timotheo et appollinare cū oratiōe de cōi. Si hec vigilia in dn̄ica euenerit nichil fiat de vigilia p̄ter memoriā. ¶ In die sancti bartholomei apl'i. Offm̄ Michi autem. Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹: qui huius diei venerandā sanctāque leticiam i beati bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti: da ecclesie tue q̄s et amare quod credidit: et predicare qd̄ docuit. Per do. Memoria de sancto audoeno episcopo. Oratio.

Deus qui perennē gloriam sanctissimi cōfessoris tui atque pōtific' audoeni aīe ɔtulisti: tribue quesum⁹. eius nos apd̄ te ita patrociniis subleuari / vt cum eo vitā possideamus eternā. Epistola Jam nō estis. Grad. In omnē terraz. Alleluya. V. Nimis honorati sūt. Sequētia de cōi. S. lucā. xxii. ca.

In illo tēpore: Facta est contentio inter discipulos iesu quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentiuz dn̄antur eor: et qui potestatē habent super eos benefici vocātur. Uos autem non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut minor. Et q̄ p̄cessor est sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recūbit an qui ministrat. Nōne qui recūbit: Ego autē in medio vestrum sum: sicut qui ministrat. Uos aūt estis: qui permāsistis mecū in tētatiōibus meis. Et ego dispono vob' sicut disposuit michi pater meus regnū: vt edatis et bibatis super mēsam meā in regno meo: et sedeatis super thronos: iudicātes duodeci tribus israel. Credo. Offerto. Constitues eos. Secreta.

Beati apl'i tui bartholomei dn̄e solennia celebrātes tuam clementiam deprecamur: vt ci⁹ auxilio tua bn̄ficia capiam⁹: in cui⁹ veneratiōe tibi laudis hostias imolamus. Per d. Alia sec.

Oblata quesum⁹ dn̄e munera fidelis populi merit' beatissimi audoeni cōfessoris tui atque pōtificis tibi reddant accepta vt ab omi contagiōe peccati eisdem q̄bus famulamur mysteriis clementer emundari mereamur. Prefatio. Et te dn̄e. Coso. Uos q secuti estis.

Sumptis Postcō. domine salutaribus sacramentis pro solēnitate beati apl'i tui bartholomei supplices deprecamur: vt que predicauit et credamus pariter et sequamur. Per dominum. Alia postcommunio.

Mense celestis participatione vegetati supplices te rogamus omipotēs deus: vt sicut de beati audoeni perpetua glorificatione annua celebritate gaudemus: ita ipsius apud te itercessiōe ab omni mereamur aduersitate defendi. Per dominum no.

¶ Sācti ruphi martyris. Offiī.

Iustus nō cōturbabitur quia dn̄s firmat manū eius tota die miseret et cōmodat et semē eius in benedictione erit in eternū cōseruabit. ps. Noli emulari in malignantib9: nec qz zelaueris facientes iniquitatē. Orō.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt bti ruphi martyris tui intercessionibus cōfidentes: nec minis aduersantiū nec vllo conturbemur incursu. Per. Epistola. Beatus vir qui in sapiētia. Gradua. Iustus non conturbabitur. Alleluya. v. Beatus vir. Euāgeliū. Nichil opertū. Offr. Posti. Secre. In virtute tua.

Has tibi domine ob honorez beati ruphi martyrz tui offerim9 suppliciter depcantes: vt sicut illi pzebuisti sacre fidei cōfessionē: sic nobis indulgētiā largiaris et pacem. Coio. Magna est. Postcō.

Celesti munere satiati quesumus dn̄e deus noster: vt beati ruphi martyrz tui meritz vbiqz nos adiuues. p dn̄z. ¶ Sancti augustini epī z doctoris. Officiū

Deus qui Orō (Statuit ei. beatum augustinū ecclesie tue in exponēdis scripture sacre mysteriis doctorem catholicum puidisti: da nobis quesumus ei9 semp doctrinis instrui: z oratiōe fulciri. p dominuz. Memoria de sancto hermete martyre Oratio

Deus qui beatūz hermetem martyrē tuum virtute constantie in passiōe roborasti: et ei9 nobis imitatione tribue p amore tuo psperа mūdi despicere / et nulla eius aduersa formidare. p dn̄z. Epistola. Dedit dn̄s. Grad. Dn̄e preuenisti eū. Alleluya. v. Iust9 germinabit. Sequētia de cōi. Euāgeliuz. Vos estis sal terre. Credo Offertor. Veritas mea. Secreta.

Sancti confessoris tui atqz pontificis augustini nobis qs dn̄e pia nō desit oratio: que et munera nostra tibi cōciliet: z tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dn̄m. Alia secreta.

Munera nostra qsumus domine propiciatus assume: z vt digne tuis famulemur altaribus / scti hermetis martyris nos intercessiōe custodi. Coio. Btūs seruus.

Sumētes Postcoio. dn̄e salutaria sacramenta quesum9: vt ei9 nos tribuas subsequi documēta: cui9 celebratur gl'iosa solēnitas. p. Alia postcoio

Repleti dn̄e benedictiōe celesti: quesumus clemētiam tuam. vt intercedente beato hermete martyre tuo que humiliter gerimus: salubriter sentiam9. p.

¶ In decollatiōe sancti iohānis baptiste dicitur missa de sācta sabina virgine statim post primas

ante tertiam more solito: ⁊ missa
de scto iohāne post tertiam. De
sancta sabina. Officiū.

Cognovi dñe qꝛ equitas
iudicia tua ⁊ in veritate
tua humiliasti me cōfige timore
tuo carnes meas a mādatis tuis
nō me repellas. Ps. Beati immacu
lati in via: qui ambulāt in lege domini.

Beate sabine v̄ginis. Oro.
tue ⁊ martyris dñe precib⁹
cōfidentes: quesumus clementi
am tuam: vt eius meritis ⁊ preci
b⁹ ad eterna gaudia pvenire va-
leamus. Epistola. Dñe deus me-
us. Gradua. Diffusa ē. Alleluya. V.
Specie tua. Euāge. Simile est re-
gnū celorum the. Offr. Filie regū

Muneribus nostris Secreta
dñe te magnificamus obla
tis que nobis ⁊ beate sabine mar
tyris tue patrocinia: ⁊ sēpiterna
concilient gaudia. p dñm. Coio.
Principes persecuti sunt me gratis et a
verbis tuis formidauit cor meū: letabor
ego super eloquia tua sicut qui inuenit
spolia multa: ꝯcupiuit aīa mea testimo
nia tua domie: ⁊ dilexit ea vehementer.

Redemptionis Postcōmu.
nostre mysteria celebrātes
quesum⁹ dñe deus noster: vt btē
sabine martyris tue meritis mu
niamur ⁊ visiōis tue gloria inef
fabili pfruamur. p do. ¶ Ad ma
gnā missam. Offm. Gloria ⁊ hono.

Sancti iohannis Oratio.
baptiste et martyris tui do
mine quesumus venerāda festi
uitas: salutaris auxilij nobis pre
stet augmentum. p dñm. Nulla
fiet mēoria de sancta sabina vbi
missa de ea prius cantata fuerit.
Lectio libri sapiētie. Proverbio
rum. x. et. xi. capitu.

Expectatio iustorum leticia: spes
aūt impioꝝ peribit Fortitudo sim
plicis via dñi: ⁊ pauor his q̄ ope-
rantur malū. Iustus in eternū
nō cōmouebitur: impij aūt non
habitabunt in terra Os iusti par
turiet sapiētiā: ⁊ lingua prauoꝝ
peribit Labia iusti ꝯsiderant pla
cita: ⁊ os impioꝝ peruersa. Sim
plicitas iustoꝝ diriget eos: ⁊ sup
plātatio puersoꝝ vastabit illos.
Iusticia rectorum liberabit eos: ⁊
in isidijs suis capient iniqui Iu
stus de angustia liberat⁹ est: ⁊ tra
detur impius pro eo. Simulator
ore decipit amicū suū: iusti autē
liberabuntur scientia In bonis
iustoꝝ exaltabitur ciuitas: ⁊ in p
ditione impiorum erit laudatio
In benedictiōe iustorum exalta-
bitur ciuitas. Gradu. Posuisti do-
mine. Alleluya. V. Misso herodes spi-
culatore precepit amputari caput iohis
in carcere. Sequētia. Sācti baptiste
Require in alio festo. Secundū
marcum sexto capitulo.

In illo tempore: Misit hero
des ac tenuit iohānem: et vinxit
eum in carcerem ꝑpter herodia-
dem vxorē philippi fratris sui qꝛ
duxerat eam. Dicebat enim iohā-
nes herodi Non licet tibi habere
vxorem fratris tui. Herodias aūt
isidiabatur illi: ⁊ volebat occide-
re eū: nec poterat. Herodes enim
metuebat iohānem: sciens eum

I N dieb[us] actuū aposto. v. illis. Per manus apostolor[um] fiebant signa et prodigia multa i plebe: et erant vnanimiter oēs in porticu salomonis. Ceteror[um] aūt nemo audebat coniungere se illis: sed mag[is] magnificabat eos populus. Magis aūt augebatur credētium i d[omi]no multitudo viror[um] ac mulierū: ita vt i plateis eijcerēt infirmos: et ponerēt in lectulis et grabatis: vt veniēte petro saltē vmbra illi[us] obūbraret quēquē illor[um] et liberarentur ab infirmitatib[us] suis. Cōcurrebat aūt et multitudo vicinar[um] ciuitatū in hierl[ete]m: afferētes egros et vexatos a spiritib[us] imundis: q[ui] oēs curabantur. Et conuocātes apl[ost]os cesis denūciauerūt ne oino loquerentur in noie iesu: et dimiserūt eos. Et illi quidē ibāt gaudētes a cōspectu concilij: qm digni habiti sunt pro noie iesu cōtumeliā pati. Oi aūt die in tēplo et circa domos nō cessabāt docentes et euāgelizātes d[omi]n[u]m iesum christū. Grad. Nimis honorati sūt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorū. V. Dinumerabo eos et sup arenam multiplicabuntur. Gr. In oēm terram exiuit sonus eor[um] i fines orbis terre verba eor[um]. V. Celi enarrāt gl[or]iā dei: et opa manuū ei[us] annūciat firmamētū. Gr. Constitues eos principes super oēm terram mēores erūt nois tui d[omi]ne. V. Pro patribus tuis nati sūt tibi filij: ppterea populi cōfitebuntur tibi. Allā. V. Nimis honorati sūt amici tui de[us]: nimis cōfortatus est principat[us] eor[um]. Alla. V. In oēm terrā exiuit son[us] eor[um] et i fines orbis terre v[er]ba eor[um]. Allā. V. Per man[us] aūt apostolor[um] fiebāt signa et prodigia multa in plebe. Alla. V. Nō vos me elegistis sed ego vos elegi: et posui vos vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat. Infra. lxx. Tract[us]. Beatus vir qui timet d[omi]n[u]m in mādatis eius cupit nimis. V. Potēs in terra erit semē eius generatio rector[um] bñdicetur. V. Gl[or]ia et diuitie i domo ei[us]: et iusticia ei[us] manet i seculū seculi.

C Lare sctor[um] se- Sequēt. culi. natus apl[ost]orū princeps orbis terrar[um] rectorq[ue] regnor[um]. Ecclesiarū mores et vitā moderare. Que-

p doctrinā tuaz fideles sūt vbiqꝫ antioch⁹ ꝛ remus ↄcedūt tibi pe tere regni soliū Tirānidē tu paule alexādrinā iuasisti greciā. Ethio pes horridos mathee agnelli vel lere Qui maclas nesciat aliqs ve stisti candido. Thoma barthole mee iohēs philippe symon. Jaco biqꝫ pariles andrea thadee dei. Bellatores icliti. En vos oriēs ꝛ occidēs. Jmmo teres mūdi circu lus. Se p̄tes habere gaudent ꝛ ex pectant iudices. Et idcirco mūd⁹ ōis laudes vob̄ ꝛ honorē sctis de debitū supplex ipendit. Sequē.

Alla nūc decātet vniuersa lis ecclesia. Extollēdo laude celsa apl'orū p̄conia. Quorū prin ceps p crucē scādit petr⁹ alta poli culmia Doctor orb̄ triūphat sub nerone vrbe i romulea. Crux an dree digna ↄfert premia. Jacob⁹ vterqꝫ nitet laurea. Egeas illum hos iudaica gēs trāmisit ad ethe ra. Sūt matheo sūt iohi collata. Duo clara grārū munera. Hirta cus illū necat: hūc suas iesus vo cat ad epl'as. Philipp⁹ xp̄i grā do cens p̄dicās i scithia Thomas cō fossus lācea cursū ↄsūmat i india Symō ꝛ iudas dū sacra p̄sis ostē dūt monita. Fus⁹ sāguis ambos stola perlustrauit purpurea. Bar tholome⁹ dat indis vite dogma ta. Mathie culmē dedit sors apl'i ca. Plaudat ergo tell⁹ plaudat ce lorū curia. Et hac die sacra plau dat p̄sens familia. Honorāda sa crosctā apl'orū merita. Hi sūt can delabra ante deū lucētia. Hi p̄la ti celsa sūmi regis in curia. Hi sal terre hi lux mundi hi clara celi lu mia. Jā palma iā corona iam p̄ missa olim mēsa illis est appolita O quanta q̄ p̄clara iā iocūda ce lebrantur illorū solēnia. His nr̄a sint solēnia. Sint vota sint p̄co nia. Sint grata laudū carmina

In illo tp̄e: Sc̄ iohannē. xv. Dixit ie. disci. suis Hec man do vobis: vt diligatis iuicē. Si mūdus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus qd̄ suū erat diligeret Qr vero de mundo nō estis: sed ego elegi vos de mun do: ppterea odit vos mund⁹. Me mētote sermonis mei quē ego di xi vobis. Nō est seruus maior do mio suo Si me psecuti sūt: ꝛ vos persequent̄. Si sermonē meū ser uauerūt: ꝛ vestrū seruabūt. Sed hec oīa facient vobis ppter nomē meū: qr nesciunt eū qui misit me Si nō venissē ꝛ locutus fuissem eis: pctm̄ nō haberēt. Nunc autē excusationē nō habēt de peccato suo. Qui me odit: et patrē meum odit. Si opa nō fecissē in eis que nemo ali⁹ fecit: pctm̄ nō haberēt Nūc autē ꝛ viderūt et oderunt et me ꝛ patrē meum. Sed vt adim pleat sermo qui in lege eorū scri ptus est: qr odio habuerūt me gra tis.

In illo Sc̄ matheū. x. tp̄e: Dixit iesus discipl'is su is Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporū. Estote ergo pru dētes sicut serpentes: ꝛ siplices si cut colūbe. Cauete aūt ab hoib⁹.

Tradent enim vos in cōsilijs ꝛ i sy nagogis suis flagellabunt vos: ꝛ ad pſides ꝛ reges ducemini ꝑpter me i testimoniū illis ꝛ gētib⁹. Cū autē tradēt vos: nolite cogitare quomō aut q̄d loquamini Dabit ei vobis in illa hora: q̄d loquami. Nō enim vos estis qui loq̄mini: sed spūs patris vr̄i q̄ loquit in vobis Tradet aūt frater fratrē i mortē ꝛ pater filiū: ꝛ exurgēt filij i parē tes ꝛ morte eos afficiēt. Et eritis odio oibus hoibus ꝑpter nomen meū. q̄ aūt pseuerauerit vsq̧ i fi nē: hic saluus erit. Offer. In omnē terrā exiuit sonus eor: ꝛ i fines orbis ter re verba eor. Offr. Cōstitues eos pri cipes sup oēm terrā: memores erūt nomis tui in omi progenie et gn̄atione. Offer Michi aūt nimis honorificati sūt amici tui de⁹: nimis ꝯfortatus est principatus eor. In tp̄e pasch. Allā. Sec

Beati apl'i tui N dn̄e solēnia recēsētes q̄s. vt ei⁹ auxilio tua bn̄ ficia capiam⁹: ꝑ quo tibi hostias laudis offerim⁹. p d. Pfa. Et te do. Cō Uos q̄ secuti estis me sedebitis sup sedes iudicantes duodeci trib⁹ israel dicit dn̄s. In tp̄e pas. allā all. Postcō

Uere nos misericors de⁹ p hec scā que sumpsimus: et bti apl'i tui. N. cui⁹ natalicia cele brām⁹: semp guberna psidijs. p d

In nata. i. euā. Officium.

O

S iusti meditabit sapiēti am ꝛ ligua ei⁹ loquet iudi ciū lex dei ei⁹ i corde ipsi⁹. ps Noli emulari i malignātib⁹: neq̧ zelaueris

Interue- Or. faciētes iniq̄tatē. niat ꝑ nobis dn̄e q̄s scūs tu⁹ N euāgelista. q̄ crucis mortifica tionē iugiter in suo corpore ꝑ tui nois honore portauit. p. Leō eze chielis ꝑphe. i.

Similitudo vult⁹ quattuor aialiū faci es hois et facies leōis a dextris ip sor quattuor Facies aūt bouis a sinistris ipsor quattuor Et facies aq̄le desup ipsor quattuor. Et fa cies eor et pēnne eorū extente de super Due pēne singulor iūgebā tur: ꝛ due tegebant corpora eorū Et vnūquodq̧ eor corā facie sua ambulabat Ubi erat ipetus spūs illuc gradiebant: ꝛ nō reuertebā tur cū ābularēt Et similitudo ai maliū ꝛ aspectus eor quasi carbo nū ignis ardētiū ꝛ quasi aspect⁹ lāpadar. Hec erat visio discurrēs i medio aialiū. Splēdor ignis: et de igne fulgur egrediēs Et aialia ibāt ꝛ reuertebant: i similitudinē fulguris choruscātis. Grā. Os iu sti meditabit sapientiā: ꝛ lingua eius lo quetur iudiciū. V. Lex dei ei⁹ i corde ip sius: et nō supplantabūtur gressus eius. Allā. V. Prim⁹ ad syon dicet ecce assū et hierusalē euangelistā dabo. Seq̄ē.

Laus deuota mēt e choro cō cinente xp̄o sit cū gl'ia. Qui euāgelistas veri dogmatistas isi gniuit grā. Quiq̧ suo more lucē ex fulgore dat per orbis climata. Tales dū elegit ꝑ quos istā subegit hereses ꝛ scismata. Hi bis bini fō tes valles atq̧ mōtes irrigantes flumie Orti padiso mūdū idiuiso illustrātes famie Illos ꝑ bis bina visio diuina signat aialia A q̄bus dam visa formis tūc diuisa gestu

sed equalia. Pēnis decorata friis eleuata cū rot; euntia. Facie sere na oculor; plena verbi dei nūcia. In his possūt cerni anuli quater ni q̄b⁹ archa vehit Quor; dogma sanū p samaritanū circunquaq; serit. Tali quasi plaustro mulier ab austro salomonē adijt. In hac ceu quadriga agn⁹ est auriga q̄ p nobis obijt Istis i bis binis caput est ⁊ finis xp̄s cōplens oia. Horuz documētis hor; istrumētis florēs stat eccl'ia. Hor; nos precatu mor tis a reatu soluat xp̄i gr̄a. Hor; vt doctrina virt⁹ nos diuina ducat ad celestia.

In illo S. lucā. x. tp̄e Designauit dn̄s et alios septuaginta duos: ⁊ misit illos bi nos ante faciē suā i oēm ciuitatē ⁊ locū quo erat ip̄e ventur⁹. Et di cebat illis. Messis q̄dē multa: ope rarij aūt pauci. Rogate ergo dn̄z messis: vt mittat oparios i messē suā. Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos int lupos Nolite ergo por tare sacculū neq; perā neq; calcia mēta: ⁊ neminē per viā salutaue rit; In quācūq; domū itraueritis primū dicite: pax huic domui. Et si ibi fuerit fili⁹ pacis: requiescet sup illū pax vr̄a. Sin aūt: ad vos reuertet. In eadē aūt domo ma nete: edētes ⁊ bibētes q̄ apud illos sūt. Dign⁹ est ei operari⁹: merce de sua. Credo. In tp̄e pas. Euan. Ego sū vit; ve. requi. s. folio. cc. xvij. Offr. Posuisti dn̄e i capite ei⁹ co ronā de lapide precioso vitā petijt a te et tribuisti ei allā. Et finiat cū allā. q̄n cūq; d; extra. lxx Prefa. Et te dn̄e

Non d; in hac p̄fatiōe. Per vtōs euāgelistas. sed p vtōs apl'os Cō. Magna est. vt s. fo. prer. In nata. vnius martyris. Officiuz

Iust⁹ vt palma florebit si cut cedrus libani multi plicabit plātat⁹ in domo dn̄i i a trijs dom⁹ dei nr̄i. Ps. Bonū est cōfi teri dn̄o i psallē noi tuo altissime Offm

Iustus nō cōturbabit q; dn̄s firmat manum ei⁹ tota die miseret ⁊ cōmodat: ⁊ semen ei⁹ in benedictiōe erit ieternū cōserua bit. Ps. Noli emulari i malignātibus: neq; zelaueris faciētes iniq̄tatē. Offm

Glia et honore coronasti eū: et cōstituisti eū sup opa ma nuuz tuarum. Ps. Dn̄e dn̄s noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa ter

In virtute tua Officium. ra dn̄e letabit iustus: ⁊ sup salu tare tuū exultabit vehement desi deriū aie eius tribuisti ei. Ps. Qm̄ preuenisti eū in bn̄dictionib⁹ dulcedinis posuisti i capite eius coronā de lapide p̄

Letabit iustus Offm. cioso. in dn̄o et sperabit in eo: et lau dabūt oēs recti corde. In tp̄e pas chali. all'a all'a. Ps. Exaudi deus ora tionē meā cū depcor: a timore inimici eri

Protexi Offm. pe aiam meā. sti me deus a cōuentu mali gnantiū all'a: a multitudine ope rātiū iniq̄tatē all'a all'a. Ps. Exau di deus orōnē meā cū depcor a timore ii mici eripe aiam meā. Oratio.

Presta q̄s omp̄s deus: vt qui bti. N. martyris tui natalicia co lim⁹: intercessiōe eius in tui nois amore roboremur. p do. Alia orō

Adesto dñe supplicatiõibus nostris ꝛ itercessione beati. N. martyris tui: ꝑpetuam nobis miam benign⁹ impẽde. p. Lectõ li. sapien. xiiij.

Beatus vir q̃ in sapiẽtia morabit: et q̃ in iusticia meditabit. ꝛ i sensu cogitabit circũspectionẽ dei. Cibauit illũ pane vite ꝛ intellect⁹. ꝛ aqua sapientie salutaris potabit illuz. Et firmabit in illo ꝛ nõ flectetur et cõtinebit illũ ꝛ nõ cõfundetur ꝛ exaltabit illũ apd̃ ꝓximos suos Et noĩe eterno hereditabit illuz: dñs deus noster. Ad ephesios. j.

Fres. Benedictus deus ꝛ pater dñi nr̃i iesu xp̃i: qui benedixit nos i om̃i bñdictiõe sp̃uali i celestib⁹ in xp̃o. Sicut elegit nos in ip̃o ante mũdi cõstitutionẽ: vt essem⁹ sancti ꝛ imaculati in ꝯspectu ei⁹ i caritate: q̃ p̃destinauit nos in adoptionẽ filioꝝ per iesuz xp̃m i idipsũ. scd̃m ꝓpositũ volũtatis sue in laudem gr̃e sue: i qua gratificauit nos in dilecto filio suo In quo habem⁹ redẽptionẽ p sãguinẽ eius remissionẽ pctoꝝ. secũdũ diuitias gr̃e sue q̃ sup̃abundauit i nobis. Per iesũ xp̃m dñm nr̃m. Lcõ libꝛi sapi. Eccl̃ia. xxxj.

Beatus vir q̃ inuẽtus ẽ sine macula: ꝛ qui post aurũ nõ abijt: nec sperauit i thesauris pecunie. Quis est hic ꝛ laudabimus eũ? Fecit em̃ mirabilia i vita sua Qui ꝓbatus est i illo. ꝛ ꝑfectus iuent⁹ est: et erit illi gloꝛia eterna Qui potuit trãsgredi ꝛ nõ ẽ trãsgressus: ꝛ facere mala ꝛ nõ fecit. Ideo stabilita sũt bona illi⁹ in domino: ꝛ elemosinas illius enarrabit oĩs eccl̃ia sctõꝝ. ij. Ad thi. iiij.

Charissime. Testificoꝛ coꝛaz deo ꝛ iesu xp̃o: qui iudicaturus est viuos ꝛ moꝛtuos. ꝛ per aduẽtũ ipsius et regnũ eius. Predica verbũ / insta opoꝛtune: ipoꝛtune / argue / obsecra increpa / in oĩ patientia ꝛ doctrina. Erit em̃ tẽpus cũ sanã doctrinã nõ sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magr̃os p̃urientes aurib⁹. Et a veritate quidẽ auditũ auertẽt: ad fabulas aũt ꝯuertent Tu vero vigila: in oĩbus laboꝛa opus fac euãgeliste / ministeriuz tuũ iple sobꝛius esto. Ego em̃ iaz delibоꝛ. et tẽpus mee resolutiõis istat. Bonũ certamẽ certaui: cursũ cõsũmaui: fidẽ seruaui. De reliquo reposita ẽ michi coꝛona iusticie: quã reddet michi dñs i illa die iustus iudex. Non solũ autez michi. sed ꝛ his q̃ diligunt aduentũ eius. ij. Ad thimotheũ. ij. capi.

Charissime. Nemo militãs deo iplicat se negocijs secularib⁹. vt ei placeat cui se ꝓbauit Nã ꝛ q̃ certat i agone nõ coꝛonabit: nisi legitie certauerit. Laborantẽ agricolã: opoꝛtet p̃mũ de fructib⁹ ꝑcipere. Intellige q̃ dico dabit em̃ tibi dñs in oĩbus itellectũ. Mẽoꝛ esto igit iesũ xp̃m resurrexisse a moꝛtuis: ex semie dauid scd̃m euãgeliũ meũ: i quo laboꝛo vsq; ad vincula quasi male oꝑans sed ṽbũ dei nõ est alligatũ. Ideo oĩa sustineo ꝓpter electos / vt et

ipi salutē ꝯsequant̃/ q̄ e i xp̄o iesu
cū glīa celesti. Gr. Posuisti dn̄e sup
caput ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. ℣. De
siderium aīe ei⁹ tribuisti ei: ⁊ volūtate labi
oꝝ ei⁹ nō fraudasti eū. Gr. Btūs vir q̄
timet dn̄m i mādatis ei⁹ cupit nimis. ℣.
Potēs i terra erit semē ei⁹: gn̄atio recto
rū bn̄dicet̃. Gr. Just⁹ nō ꝯturbabit̃ q:
dn̄s firmat manū ei⁹. ℣. Tota die mise
ret̃ et ꝯmodat ⁊ semē ei⁹ in bn̄dictōe erit
Gr. Just⁹ vt palma florebit: sicut ced⁹
libani m̄ltiplicabitur i domo dn̄i ℣. Ad
annūciandū mane miam tuā: et vitatē
tuā p noctē. All'. ℣. Posuisti dn̄e sup ca
put ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Allā. ℣.
Letabit̃ iust⁹ i dn̄o et sp̄abit i eo: ⁊ lauda
bunt̃ oēs recti corde Allā. ℣. Btūs vir
q̄ suffert tētationē: qm̄ cū probatus fue
rit accipiet coronā vite. Allā. ℣. Btūs
vir q̄ timet dn̄m: in mādatis ei⁹ cupit ni
mis. Allā. ℣. Glīa et honore coronasti
eū dn̄e: et ꝯstituisti eū sup opa manuū
tuaꝝ. Allā. ℣. Justus nō ꝯturbabit̃: q:
dn̄s firmat manū eius. Seque.

Organicis canam⁹ modulis
nūc. N. solēnia. Digenis dn̄o vo
cib⁹ reddētes odas debitas. Qui
in suis scīs mirabilis nimis m̄lti
plici ꝟtutū flore eosdē decorat ac
mirifice adornat Nā ⁊ i ip̄is qua
si i q̄busdā musicis istrumētis di
gito ꝑprio fides agitat fides ꝟtu
tū sonoras. Has numerose ꝑcur
rēs singulas Permiscet singulis
dyatesseron mellifluā melodiam
Quā generat virtutū mater illa
Que aliis decēter ꝯposita reddit
suauē simphoniā. Qua sine cun
cta. Fiūt dissona. Necnō ⁊ friuo
la. Qua cū oīa. Fiūt ꝯsona. Nec
nō vtilia. Qua iusti bene morati
rite. Petentes ex celo poli sidera.
Alacres decātāt noua cātica i cy
thara traicia Quoꝝ agētes festa
ꝯsortia mereamur i celesti patria
Trac. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei et
volūtate labioꝝ eius nō fraudasti eū. ℣.
Qm̄ p̄uenisti eū i bn̄dictōe dulcedīs ℣.
Posuisti sup caput ei⁹ coronaꝫ de lapide
p̄cioso.

In illo tp̄e. S. io. xii.
Dixit ie. disci. su. Amē amē
dico vobis: nisi granū frumēti ca
dēs in terrā mortuū fuerit ip̄ꝫ so
lū manet. Si aūt mortuū fuerit:
multū fructuꝫ affert. Qui amat
aīam suā: pdet eā. Et q̄ odit aīaꝫ
suā i hoc mūdo: i vitā eternaꝫ cu
stodit eā Si q̄s michi mīstrat: me
sequat̃. Et vbi sū ego: illic ⁊ mini
ster me⁹ erit. Si q̄s michi mīstra
uerit honorificabit eū pater me⁹
q̄ est i celis.

In illo tp̄e: dixit ies. disci. suis. S. lu. x.
Qui vos audit/me audit: ⁊ q̄ vos sper
nit/me sp̄nit. Qui aūt me sp̄nit:
sp̄nit eū q̄ me misit. Reuersi sunt
aūt septuaginta duo cū gaudio: di
cētes. Dn̄e/etiā demōia subiiciū
tur nobis in noīe tuo. Et ait illis
Uidebā sathanā: sicut fulgur de
celo cadentē. Ecce dedi vob̄ ptā
tē calcādi supra serpētes ⁊ scorpio
nes: ⁊ supra oēm virtutē inimici
⁊ nichil vobis nocebit. Ueruntn̄
in hoc nolite gaudere: q: sp̄ūs vo
bis subiiciunt̃ Gaudete aūt quia
noīa vr̄a: scripta sūt i cel'. S. ma

In illo tp̄e: Dixit theū. xvi.
ies. dis. suis. Si q̄s vult post
me venire/abneget semetipsū ⁊

tollat crucē suam. & sequatur me Qui enim voluerit aiam suā saluā facere: perdet eam. Et q̄ pdiderit aiam suā ppter me: inueniet eam. Quid enim prodest hoi si vniuersū mūdum lucretur: aie vero sue detrimētum patiat. Aut quā dabit homo cōmutationē pro aia sua. Filius enim hois vēturus est i gloria patris sui cum angelis suis: et tūc reddet vnicuiqȝ secūdū opus ei⁹. Amen dico vobis: sūt quidaȝ de hic stātibus qui nō gustabunt mortē: donec videāt filiū hois venientē in regno suo. Se. lucā. xiiii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si q̄s vēit ad me et nō odit patrē suū & matrem et vxorē & filios & fratres & sorores/ adhuc aūt & aiam suā: non potest meus esse discipulus. Et q̄ nō baiulat crucē suā et vēit post me. nō potest meus esse discipul⁹. Quis enim ex vobis volēs turri edificare nō pri⁹ sedens cōputat sūptus q̄ necessarij sūt si habeat ad pficiendū: ne postea q̄ȝ posuerit fūdamētū: & nō potuerit pficere/ oēs q̄ viderint incipiāt illudere ei dicētes qȝ hic homo cepit edificare & non potuit consūmare Aut q̄s rex iturus ↄmittere bellū aduers⁹ aliū regem: nōne prius sedēs cogitat si possit cū decē milib⁹ occurrere ei: qui cū viginti milib⁹ venit ad se Alioqn adhuc illo longe agēte: legationeȝ mittēs rogat ea q̄ pacis sūt. Sic ergo ois ex vobis q̄ nō renūciat oibus q̄ possidet: nō potest me⁹ esse discipulus. S. mathe. x.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Nichil opertum quod nō reueleť: et occultū quod nō sciatur. Quod dico vobis i tenebris: dicite in luie. Et qd̄ in aure auditis: predicate sup tecta Et nolite timere eos qui occidūt corpus: aiam aūt nō possunt occidere. Sed potius eū timete: qui potest & aiam & corpus perdere in gehennam. Nōne duo passeres asse veneūt: & vnus ex illis nō cadet sup terraȝ sine patre vestro. Uestri aūt & capilli capitis oēs numerati sūt. Nolite ergo timere: multis passerib⁹ meliores estis vos. Ois ergo q̄ confitebiť me corā hoibus confitebor et ego eū coram patre meo: q̄ est in celis. In tpe pascha. Euāge. Ego sū vitis ve. require fol. cc. vij. Offer. In uirtute tua dn̄e letabiť iustus: et super salutare tuū exultabit vehemēter desideriū aie ei⁹ tribuisti ei. In tpe pas. alla alla. Offer. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso: vitā petijt a te & tribuisti ei alla Et finiať cū allā. qn̄cunqȝ dr̄ nisi infra. lxx. Offer. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que i libano est multiplicabiť. In tpe pas. alla. Offer. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dn̄e & veritatem tuā in eccl̄ia sctōꝝ. alla alla. Offer. Gloria & honore coronasti eū & ↄstituisti eū sup opera manuū tuaꝝ. Secreta.

Presentia munera domine quesumus serena pietate intuere: vt sancti spiritus perfundantur benedictione: quaten⁹ illam validius in nostris cordibus dilectionem infundāt: per quaȝ

sctūs N. martyr tuus oīa corporis tormēta deuicit. p d. In vnius d. spi. Cō. Qui vult venire post me abneget semetipsū et tollat crucē suā et sequat me. Cō. Qui michi ministrat me sequat et vbi ego sū illic et minister me⁹ erit. Cō. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide precioso. In tpe pasch. alla alla. Cō. Letabitur iust⁹ in dño et sperabit ī eo et laudabūtur oēs recti corde. In tpe pascha. alla. Coio. Ego sum vitis vera et vos palmites q̄ manet ī me et ego ī eo hic fert fructū multū alla alla. Coio. Magna est glīa eius in salutari tuo glīam et magnū decorē īpones sup

Quos refecisti Postcō. cū dñe dñe celesti misterio: ab oib⁹ q̄s propiciat⁹ absolue delictis: et intercedēte beato. N. martyre tuo diuino munere purificatis mētibus pfruamur. p d. ¶ In nati. i⁹. martyris et pōtificis. Oro.

Deus q̄ sanctā nobis huius diei leticiā p cōmemoratione bti martyr tui N. atq pōtific fecisti: adesto familie tue pcib⁹ et da. vt cui⁹ hodie festa celebram⁹ / ei⁹ meritis et intercessionib⁹ adiuuemur. Per d. Ad hebreos. v.

Frēs. Ois pōtifex ex hoibus assūpt⁹: pro hoibus 9stituit i his que sūt ad deū: vt offerat dona et sacrificia pro pctis Qui cōdolere possit his q ignorāt et errāt qm̄ et ipse circūdatus est ifirmitate Et propterea debet queadmoduz et pro populo: ita etiā et p semetipo offerre p peccatis. Nec q̄squā sumit sibi honorez. sed qui vocatur a deo tanq̄ aaron queadmoduz scriptū est Tu es sacerdos in eternū: scdz ordinē melchisedech. Ad hebreos. xiij.

Frēs. Doctrinis varijs et peregrinis: nolite abduci. Optimū ē eñ gratia stabilire cor: nō in escis q̄ non profuerūt ābulātibus in eis. Habemus altare de quo edere nō habēt ptātem: q̄ tabernaculo deseruiūt Quor eñ aialiū infert sanguis pro pctō in scā per pōtificē: hor corpa cremant extra castra. Propter qd et iesus vt sanctificaret p suū sanguinē populuz: extra portam passus est. Exeamus igit ad eū extra castra: iproperium eius. portātes. Non eñ habemus hic manētē ciuitatē. sed futurā inquirim⁹. Per ipm ergo offeram⁹ hostiā laudis semp deo. id est fructū labior nostror 9fitētiū noi eius. Bñficētie aūt et cōmuniōis nolite obliuisci. Talib⁹ eñ hostijs: p meretur deus. S. matheum. ix.

In illo tempore. Circuibat iesus ciuitates omnes et castella: docens in synagogis eorū et predicās euangelium regni: et curans omnē languorem: et omnem infirmitatem. Uidēs autez turbas: misertus est eis quia erāt vexati / et iacentes sicut oues nō habētes pastorem. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis. vt mittat operarios in messem suam. Euntes autē predicate dicentes quia appropinquabit regnū celorū. Infirmos curate mortuos su

scitate: leprosos mundate: demo-
nes eiicite. Gratis accepistis: gra
tis date. Ecce ego mitto vos: sicut
oues in medio luporum. Estote ergo
prudētes sicut serpētes: et siplices
sicut colūbe. Hoc sequēs euāgel'.
dr in festo cuiuslibet pōtificis exu
lātis siue marty. siue confessoris
In illo Euāgel'. S. lucā. xix
tpe. Dixit iesus discipulis su
is parabolā hāc. Homo quidā no
bilis abiit in regionē longinquā:
accipere sibi regnū et reuerti. Uo
catis aūt decē seruis suis: dedit il
lis decē mnas. Et ait ad illos. Ne
gociamini dū venio. Ciues aūt
ei⁹ oderāt illū: et miserūt legatio
nem post illū dicentes. Nolum⁹
hūc regnare sup nos. Et factū est
vt rediret accepto regno: et iussit
vocari seruos qbus dederat pecu
niā: vt sciret quantū quisqz nego
ciat⁹ esset. Uenit aūt prim⁹ dicēs
Dñe mna tua decē mnas acqsi-
uit. Et ait illi: Euge serue bone: qr
i modico fidelis fuisti: eris ptātē
habens sup decē ciuitates. Et al-
ter venit dicēs. Dñe mna tua fe-
cit quiqz mnas Et huic ait. Et tu
esto sup quiqz ciuitates. Et alter
venit dicens. Dñe ecce mna tua:
quā habui repositā in sudario Ti
mui ei te qr homo austerus es: tol
lis quod nō posuisti et metis quod
non seminasti. Et dixit ei. De ore
tuo te iudico serue nequā. Scie-
bas qr ego homo auster⁹ sū: tollēs
quod nō posui: et metēs quod nō
seminaui. Et quare nō dedisti pe
cuniā meā ad mensam: et ego ve-
niēs cū vsuris vtiqz exegissē illā:
Et astātib⁹ dixit. Auferte ab illo
mnam: et date illi qui decē mnas
habet. Et dixerūt ei. Dñe habet de
cem mnas. Dico aūt vobis: qr oi
habēti dabitur et abūdabit: ab eo
aūt q nō habet et quod habet au
feretur ab eo. Uerūtamen inimi
cos meos: illos q noluerūt me re-
gnare sup se: adducite huc et inter
ficite ante me. Et his dictis prece
debat: ascēdēs hierosolimā. Tpe
pascha. Euāge. Ego sū vit' vera
INten- reqre fo. cccvij. Sec
de. Ppicius qs dñe oblata ti
bi hec munera: et deprecatiōe bti
N. martyr' tui atqz pōtificis i cu
ius ea cōmemoratione deferim⁹
nosipsos eadēqz sāctifica. Per d.
SUmpsim⁹ dñe in Postcō.
scti martyris tui atqz pōti-
ficis. N. solēnitate celestia sacra-
mēta cui⁹ suffragijs qs largiaris
vt qd tpaliter gerim⁹: etnis gau-
dijs cōsequamur. p. In nata. plu
rimorum marty. Offiñ
Ntret in cōspectu tuo domi
ne gemit⁹ cōpeditorum: red
de vicinis nostris septuplū in si-
nu corū: vindica sanguinē san-
ctorū tuorum qui effusus est. In
tēpore pascha. alleluya alleluya.
ps. Deus venerunt gentes in heredita-
tem tuam: polluerunt templum sanctū
tuum: posuerunt hierusalem in pomo-
rum custodiam. Officium.
TImete dominū omnes scti
eius quoniā nichil deest timētib⁹
eum: diuites eguerūt et esurierūt
inqrentes aūt dñm non deficiēt

omī bono. ps. Bñdicā dñm in oī tpē semper laus eius in ore meo. Officium

Iusti epulent͂ & exultēt in cōspectu dei: et delectent͂ in leticia. ps. Exurgat deus et dissipētur ī inici eius: et fugiāt qui oderūt eū a facie

Sapientiā sctōrū narrant ppl'i & laudē eorū nūciat eccl'ia: noīa autē eor viuēt in seculū scl'i. Offm̄ eius. In tpē paschali all'a all'a. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Officiū

Salus autem iustor a dño & protector eor in tpē tribulatiōis ps. Noli emulari ī malignātibus: neqȝ zelaueris faciētes iīqtatē. Offi.

Sancti tui dñe benedicēt te gl'iam regni tui dicēt all'a. ps. Exaltabo te deus meus rex: et bñdicā nomī tuo ī seculū & in seculū seculi. Pluriorum mrr nō pōtificū. Orō

Omnīps sēpiterne deus / da nobis sāctorū martyrū tuorum. N. & N. ita digne merita venerari: quatenus & ab instātibus liberemur periclis: & digni efficiamur gaudiis sēpiternis. p d. Pl'imor mrr et pontificū. Orō

Omnīps sēpiterne deus qui in sctōr martyrum tuorū atqȝ pontificū. N & N. cordibus flāmā tue dilectiōis accēdisti: da mētibus nr̄is eandē fidei caritatisqȝ virtutē. vt quor gaudemus triūphis: proficiam⁹ exēplis. p. Ad hebreos. xi. ca.

Frēs: Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iusticiā adepti sūt repromissiōes Obturauerūt ora leonū: extinxerunt īpetum ignis / effugarūt aciē gladii: cōualuerūt de īfirmitate / fortes facti sunt ī bello Castra verterūt exteror: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos Alii autē distenti sunt nō suscipiētes redēptionē: vt meliorē ī uenirēt resurrectionē. Alii vero ludibria et verbera experti: īsup & vincula et carceres Lapidati sūt: secti sūt tētati sūt: ī occisōe gladii mortui sūt. Circuierūt ī mellotis: ī pellib⁹ caprinis: egētes: angustiati: afflicti: quib⁹ dignus nō erat mūdus. In solitudinib⁹ errātes: et in mōtibus et in speluncis: & ī cauernis terre. Et hi oēs testimonio fidei pbati inuēti sūt. In xp̄o iesu: dño nr̄o. Lcō libri sapie. iii. cap.

Iustorū aīe in manu dei sūt: et nō tāget illos tormentū malicie. Visi sunt oculis insipientium mori: & estimata est afflictio exit⁹ illor: & quod a nobis est iter exterminii: illi autē sunt ī pace Et si corā hoīb⁹ tormēta passi sunt: spes illorum īmortalitate plena est In paucis vexati: ī mult⁹ bene disponent͂. Qm̄ deus tentauit illos: et inuenit illos dignos se Tanq̄ aurum ī fornace pbauit illos: et quasi olocausta hostie accepit illos: et in tempore erit respectus illorum Fulgebunt iusti: & tanq̄ scintille in arundineto discurrēt. Iudicabunt nationes: & dominabuntur populis. Et regnabit dñs illorum in perpetuum. Lcō libri sapie. v.

Iusti autē in ppetuum viuēt et apud dñm est merces eor et cogitatio illorum apud altissi-

niū. Ideo accipiēt regnū decoris & dyadema speciei de manu dñi. Qm dextera sua teget eos: et brachio sācto suo defēdet illos. Accipiet armaturā zelus illi⁹: & armabit creaturā ad vltionē inimicorū Induet p thorace iusticiā: & accipiet pro galea iudiciū certuz. Sumet scutū inexpugnabile eq̄tatē ibūt directe ꝑmissiōes. Et ad certū locuz deducet illos: dñs de⁹ noster.

Ad hebreos .x. ca.

Fratres: Rememoramini pristinos dies: in q̄bus illūiati magnū certamen sustinuistis passionuz. Et i altero q̄dē opprobrijs & tribulationib⁹ spectaculū facti: i altero quidē socij taliter ꝯuersantiuz effecti. Nā & vinctis cōpassi estis et rapinā bonor̄ vestror̄ cū gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorē & manētē substātiam. Nolite itaq3 amittere cōfidētiā vestram q̄ magnā habet remuneratione. Patiētia eni vobis necessaria est: vt volūtatē dei faciētes: reportetis ꝑmissionē. Adhuc eni modicuz aliquātulūq3: q̄ vēturus est veniet & nō tardabit Iustus autez meus: ex fide viuit

Fratres: i. Ad corinthios .iiij.

Spectaculum facti sumus huic mundo et angelis & hoibus. Nos stulti propter xp̄m: vos aūt prudētes in xp̄o Nos ifirmi: vos aūt fortes. Vos nobiles: nos aūt ignobiles. Vsq3 i hāc horaz & esurimus & sitim⁹: & nudi sum⁹ et colaphis cedimur. & istabiles sum⁹ et laboram⁹ operātes manib⁹ nostris. Maledicimur: & bñdicimus Persecutionē patimur: & sustinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tāq̄ purgamēta hui⁹ mūdi facti sum⁹ oīm hoim peripsima vsq3 adhuc. Nō vt cōfundā vos hec scribo: s3 vt filios meos carissimos moneo. In xp̄o iesu: dño nr̄o.

Lectio li. sapi. puer. xv.

Lingua sapientū ornat sciētiā: os fatuor̄ ebulit stulticiā. In oi loco ocl'i dñi ꝯtēplant bonos & malos. Lingua placabilis lignū vite: q̄ aūt imoderata ē ꝯteret spiritū. Dom⁹ iusti pluria fortitudo & i fructib⁹ ipij ꝯturbatio Labia sapiētuz disseminabūt sciam: cor stultor̄ dissimile erit. Victime ipior̄ abominabiles dño: vota iustor̄ placabilia. Qui sequit̄ iusticiā: diligit̄ a dño.

L. li. sa. x.

Reddet de⁹ mercedē laborū sctōr̄ suor̄: & deducet illos in via mirabili. Et fuit illis i velamēto diei: & i luce stellar̄ nocte. Trāstulit illos per mare rubrū: & trāsuexit illos p aquā nimiā. Inimicos aūt illor̄ demersit i mare: & ab altitudie iferorū eduxit illos. Ideo iusti tulerūt spolia ipior̄: et decātauerūt dñe nomē sctm̄ tuuz. Et victricē manū tuā laudauerūt pariter: dñe de⁹ nr̄.

Lectō li. sa. xliiij.

Hi sunt viri mie quorum iusticie obliuionē non acceperunt. Cum semie eorum permanent bona: hereditas sācta nepotes eorum Et in testamētis stetit semen eor̄: et filij eor̄ ꝑpter eos vsq3 in eternum manēt. Gn̄atio

corum et gl'iam cor nō derelinq̄tur. Corpora cor in pace sepulta sūt: et nōia corum viuēt in secula Sapientiā cor narrabūt oēs populi: et laudē cor pronunciet: ōis eccl'ia sctōr. Gr. Gloriosus de⁹ i sā̄ctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua dn̄e glificata est in virtute dextera manus tua cōfregit inimicū. Grad. Clamauerūt iusti et dn̄s exaudiuit eos: et ex oībus tribulatiōib⁹ eorū liberauit eos. V. Iuxta est dn̄s his qui tribulato sūt corde: et hūiles spū saluabit. Gr. Timete dn̄m oēs scti eius qm̄ nichil deest timentib⁹ eū. V. Inquirētes aūt dn̄m nō deficiēt oī bono. Gr. Iustorū aīe in manu dei sūt: et nō tāget illos tormētū malicie. V. Uisi sūt oculis insipientiū mori: illi aūt sunt in pace Gr. Exultabūt scti in glia letabuntur in cubilibus suis. V. Cātate dn̄o cāticū nouū: laus ei⁹ in ecclesia sctōrum. Gr. Uindica dn̄e sanguinē sctōrū tuorū q̄ effusus est. V. Posuerūt mortalia seruorū tuorū escas volatilib⁹ celi: carnes sā̄ctorū tuorū bestiis terre. Gr. Ecce q̄ bonum et q̄ iocundū habitare fratres in vnum. V. Sicut vnguētum i capite: qd̄ descēdit in barbā barbam aaron. All'. V. Mādauit dn̄s benedictionē et vitam vsq̄ i seculū. Gr. Aīa nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venātium. V. Laqueus cōtritus est et nos liberati sumus V. Adiutoriū nostrū in noīe dn̄i q̄ fecit celum et terrā. All'a. V. Scti tui dn̄e bn̄dicēt te: gl'iam regni tui dicēt. Allā. V. Sancti tui dn̄e florebūt sicut liliū et sicut odor balsami erunt ante te: All'a. V. Scti et iusti i dn̄o gaudete vos elegit de⁹ in hereditatē sibi. Allā. V. Uox exultatiōis et salutis in tabernaculis iustorū. Allā. V. Iusti epulent̄ et exultēt in cōspectu dei et delectent̄ in leticia. Allā. V. Reddet de⁹ mercedē laborū sctōrum suorū: et deducet illos in via mirabili. All'. V. Mirabilis dn̄s nr̄ in sctis suis. Allā. V. Te martyrū candidat⁹: laudat exercitus dn̄e. Tract⁹. Qui semināt i lachrymis in gaudio metent. V. Euntes ibāt et flebant mittentes semia sua. V. Uenientes aūt venient cū exultatione portantes manipulos suos. Seque͂.

Ecce pulchra canor resonet voce all'a Intimās requiē ciuib⁹ inclitā. Felicia nimiū āgelor rutilāt agmia Scte sācte lce xp̄o ouāter pclamātia Sublimi in cathedra apl'orū sede fulgida lāpada trib⁹ et linguas iudicātia Oīa vt stercora reputarūt tumida ppt̄ hec emicāt velut stella firmamēti clara Stolis cādidis martyrū adornant̄ colla. Hi sūt milites q̄ mūdi preliarūt bella. Coronis albis coronant̄ scti Qui ꝯfitētes crediderūt iuste. Uel fide certātes. Respuerūt vana. Modo habēt celestia regna. In qua triūphant dicētes optie Siue cāticāt psallētes carmia. Arte laudiflua Uoce dulcissona Regi xp̄o submittētes colla. Multū recitaris laude spiritu. Atq̄ iubilaris i choro vginū. All'a. Dulcimode Te decātāt pudicū agmina. Laus tibi sit semp xp̄e p oīa Qui opitularis cātātes talia Uoce pulchra. All'a. Et nos christe proclamam⁹ vna. Da nobis eterna regna florida. Ubi cātemus oēs alleluya. Sequentia.

Mirabilis deus in sctis mira
bilia dans magnifica. Qui
fide p̄clara vicerūt mūdi grauis
sima pericula Judicū minas ver
bera ꝛ blādicias cōtēnentes men
te robusta vero trāsfuderūt regi
aias. Ergo triūphāt laurea cōpti
capita secuti recte vestigia agni
singular' xpi sacrata Cui assidue
melliflua dāt cantica ei' p̄dul
cissima pleni gratia. Quoꝝ cele
brantes solennia cōsortio iungi
quo mereamur xps annuat. Qui
nr̄a est glīa. Sc. lucam. vi. capit.

In illo tpe: Eleuatis ies' ocu
lis i discipulos suos: dicebat
Beati pauperes: qꝛ vestruꝫ est re
gnum dei. Bti qui nunc esuritis
qꝛ saturabimini. Beati qui nunc
fletis: qꝛ ridebit'. Beati eritis cū
vos oderint hoies: ꝛ cū separaue
rint vos ꝛ exprobrauerint. et eie
cerint nomē vr̄m tanꝙ malū p
pter filiū hois. Gaudete i illa die
ꝛ exultate: ecce eīm merces vestra
multa est i celo. S. matheū. v. ca.

In illo tpe. Uidēs iesus tur
bas ascēdit in montē. Et cū
sedisset: accesserūt discipuli eius.
Et aperiens os suuꝫ: docebat eos
dicens. Beati pauperes spū: quo
niam ipsoꝝ regnū est celoꝝ. Bea
ti mites. qm̄ ipsi possidebūt terrā
Beati qui lugēt: qm̄ ipsi consola
būtur. Beati qui esuriūt ꝛ sitiūt
iusticiā. qm̄ ipsi saturabunt. Bti
misericordes: qm̄ ipsi misericordi
am cōsequentur. Beati mundo
corde. qm̄ ipsi deū videbunt. Bea
ti pacifici. qm̄ filij dei vocabunt.
Beati qui p̄secutionē patiuntur
ppter iusticiam. qm̄ ipsoꝝ est re
gnū celoꝝ. Beati estis cū maledi
xerint vobis homiēs. ꝛ persecuti
vos fuerint. ꝛ dixerint omne ma
luꝫ aduersū vos: mētiētes ppter
me. Gaudete ꝛ exultate: qm̄ mer
ces vr̄a copiosa est i celis. S. ma
theum. x.

In illo tpe. Dixit
iesus discipl'is suis. Cum p
sequent vos i ciuitate ista fugite
in aliā. Amen dico vobis: nō con
sūmabitis ciuitates israel: donec
veniat filius hois Nō est discipu
lus sup magistrum: neqꝫ seru' su
per dn̄m suū Sufficit discip'lo vt
sit sicut magister eius. ꝛ seruo si
cut dn̄s ei'. Si patremfamilias
beelzebub vocauerūt: quāto ma
gis domesticos eius: Ne ergo ti
mueritis eos. Scdm lucam. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus disci.
suis Ponite ergo i cordibus
vestris nō p̄meditari. quēadmo
dū respōdeatis. Ego eīm dabo vo
bis os ꝛ sapientiā cui nō poterūt
resistere ꝛ cōtradicere oēs aduer
sarij vestri. Trademini aūt a pa
rētibus ꝛ fratribus ꝛ cognatis et
amicis. ꝛ morte afficiēt ex vobis.
Et eritis odio oibus hoibus pro
pter nomē meuꝫ: ꝛ capillus de ca
pite vestro non peribit. In patiē
tia vestra: possidebitis aias vr̄as
S. luc. vi.

In illo tpe: Descē
dens iesus de mōte stetit in
loco campestri: ꝛ turba discipulo
rū eius: ꝛ multitudo copiosa ple
bis. ab oi iudea ꝛ hierl'm: ꝛ mari
tima/ ꝛ tyri/ ꝛ sydonis/ qui vene

rant vt audirēt eū: ⁊ sanarentur
a lāguoribus suis Et qui vexabā
tur a spiritib⁹ imundis: curabā-
tur. Et omis turba querebat eū
tāgere: quia virtus de illo exibat
et sanabat omēs Et ipse eleuatis
oculis in discipulos suos: dicebat
Beati pauperes: qm̄ vestrū est re
gnū dei. Beati qui nunc esuritis
q: saturabimini. Beati qui nunc
fletis: quia ridebitis. Beati eritis
cum vos oderint hoies. ⁊ cū sepa
rauerint vos ⁊ exprobrauerint / ⁊
eiecerint nomen vestrū tāq̄ ma-
lū propter filiū hois. Gaudete i
illa die ⁊ exultate / ecce enim mer
ces vestra / multa est i celo. Secū
dum lucam. xxi. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis Cū audieritis pre
lia ⁊ seditiōes: nolite terreri. Opor
tet primū se fieri: sed nōdū statī
finis. Tūc dicebat illis. Surget
gēs cōtra gētē ⁊ regnū aduersus
regnū ⁊ terremotus magni erūt
per loca ⁊ pestilētie ⁊ fames: terro
resq; de celo. ⁊ signa magna erūt
Sed ante hec omnia inijcient vo
bis man⁹ suas: ⁊ psequent tradē-
tes in synagogas ⁊ custodias: tra
hētes ad reges et presides: ppter
nomen meū. Continget autē vo
bis in testimoniū. Ponite ergo i
cordibus vestris non premedita-
ri quēadmodū respondeatis: ego
enim dabo vobis os ⁊ sapientiā
cui non poterunt resistere et con-
tradicere omēs aduersarij vestri
Trademini autē a parentibus ⁊
fratribus. et cognatis ⁊ amicis:
⁊ morte afficient ex vobis. Et eri
tis odio omnibus hoibus ppter
nomen meū. ⁊ capillus de capite
vestro non peribit. In patientia
vestra: possidebitis aias vr̄as. Se
cundum lucam. xij. capitu.

In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis. Attēdite a fermē
to phariseor: quod est hypocrisis
Nichil aūt opertū quod non re-
ueletur neq; abscōditū quod nō
sciat. Quoniā que in tenebris di-
xistis: in lumine dicent. Et quod
in aure locuti estis i cubilibus: p-
dicabitur in tectis. Dico autē vo
bis amicis meis ne terreamini ab
his qui occidūt corpus. ⁊ post hec
non habent amplius quid faciāt
Ostendam autem vobis / quem
timeatis. Timete eū qui postq̄
occiderit. habet potestatē mitte
re i gehennā. Ita dico vobis. hūc
timete. Nōne quinq; passeres ve-
neunt dypondio. et vnus ex illis
nō est i obliuione corā deo: Sed
⁊ capilli capitis vestri: omnes nu
merati sunt. Nolite ergo timere
multis passerib⁹ pluris estis vos
Dico aūt vobis. Omis quicunq;
confessus fuerit me corā hoibus
⁊ fili⁹ hois ɔfitebit illū corā ange
lis dei. Secūdum matheū. xxiiij.

In illo tempore. Sedente ie
su sup mōtem oliueti: acces-
serunt ad eū discipli secreto dicē-
tes. Dic nobis quādo hec erunt. ⁊
quod signum aduētus tui et con-
summatiōis seculi: Et respōdēs
iesus dixit eis. Uidete ne q̄s vos
seducat. Multi enī venient in no

mine meo dicētes. Ego sum christus: et multos seducēt. Audituri ei estis prelia: et opiniões preliorum Uidete ne cturbemini. Oportet eni hec fieri: sed nondū est finis. Consurget eni gens cōtra gentem: et regnū in regnū: et erūt pestilētie et fames / et terremotus per loca Hec aūt oia initia sūt doloꝝ Tūc tradēt vos in tribulationē et occident vos: et eritis odio omibus gentibus propter nomē meū. Et tūc scādalizabūtur multi: et inuicez tradēt et odio habebūt inuicē. Et multi pseudo pphete surgēt: et seducēt multos. Et qm abūdauit iniquitas: refrigescet caritas multorū. Qui aūt pseuerauerit vsqz in finez: hic saluus erit. Sec. lucā. xi.

In illo tpe Dicebat iesus turbis iudeoꝝ et principibus phariseoꝝ. Ue vobis qui edificatis monumēta prophetarū: patres aūt vestri occiderūt illos. Profecto testificamini: qꝛ cō sentitis operib⁹ patrum vestroꝝ Qm quidē ipsi eos occiderūt: vos aūt edificatis eoꝝ sepulchra Propterea et sapiētia dei dixit. Mittā ad eos pphetas et apostolos: et ex illis occidēt: et psequētur vt inqrat sanguis oim pphetaꝝ: q effusus est a cōstitutiōe mūdi a generatiōe ista. A sanguine abel iusti vsqz ad sanguinē zacharie: q periit inter altare et edem. Ita dico vobis requiretur ab hac generatiōe Ue vobis legisperitis qui abstulistis clauē sciētie: et ipsi nō introistis: et eos qui introibāt prohibuistis. Cū hec ad illos diceret: ceperunt pharisei et legisperiti grauiter ei insistere: et os eius opprimere de multis insidiātes ei. Et querentes capere aliqd ex ore eius vt accusarent euz. S. marcum. xiii.

In illo tpe. Egrediente iesu de tēplo: ait illi vn⁹ ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides: et quales structure Et respōdēs iesus: ait illi. Uides has oēs magnas edificationes? Nō relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur Et cū sederet in monte oliuarū contra templū iterrogabāt eū separatim petr⁹ et iacobus: et iohānes et andreas Dic nobis quādo ista fiēt: et quod signū erit quādo hec oia incipiēt consūmari? Et respōdens iesus: cepit dicere illis. Uidete ne quis vos seducat. Scdm marcuz. xiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Uidete ne qs vos seducat. Multi enim veniēt in nomine meo dicētes: quia ego sum et multos seducent. Cuz autem audieritis bella et opiniones bellorum ne timueritis Oportet enim hec fieri: sed nondum finis Exurget gens contra gentem: et regnum super regnū: et erunt terremotus per loca et fames Initiū dolorum hec. Uidete autem vosmetipsos. Tradent enim vos in consiliis: et in synagogis vapulabitis: et ante presides et reges stabitis propter me in testimonium illis. Et in oēs gētes: primū oportet predicari euāgelium. Et cum

duxerint vos tradentes: nolite p̄ cogitare q̄d loquamini: sz quod datum fuerit vobis i illa hora: id loquamini. Nō eñ vos estis loquētes sed spūs sanct⁹. Tradet autez frater fratrē in mortez: ⁊ pater filiū. Et cōsurgēt filij i parentes: ⁊ morte afficiēt eos. Et eritis odio oībus hoībus propter nomen meuz. Qui autē sustinuerit i finē hic saluus erit. S. matheū. x. cap.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari q: veneri mittere pacem in terram. Nō veni pacem mittere: sed gladiū. Ueni eñ separare hominem aduersus p̄rem suū: ⁊ filiam aduersus matrē suā: et nurū aduersus socrū suā: ⁊ inimici hois domestici eius. Qui amat patrez aut matrē plusq̄ me: nō est me dignus. Qui amat filium aut filiā super me: nō est me dignus. Et q̄ nō accipit crucez suam ⁊ sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit aiam suā: perdet illaz. Et qui perdiderit aiam suā propter me: inueniet eā. Qui recipit vos: me recipit. Et q̄ me recipit: recipit eū qui me misit. Qui recipit prophetam in noīe ꝓphete: mercedem ꝓphete accipiet. Et q̄ recipit iustuz in noīe iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicūq3 potū dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide tantum in noīe discipuli: amē dico vobis: nō perdet mercedem suā. Secūdū matheū. xxiiij.

In illo tempore. Egressus iesus de tēplo: ibat. Et accesserūt discipuli eius: vt ostenderent ei edificationem tēpli. Ipse aūt respōdens: dixit illis. Uidetis hec oia? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidem q̄ non destruatur. Sedente autez eo super mōtem oliueti: accesserunt ad eū discipuli eius secreto dicētes. Dic nobis quādo hec erunt: ⁊ quod signū aduentus tui: ⁊ ꝯsummationis seculi? Et respōdens iesus: dixit eis. Uidete ne q̄s vos seducat. Multi enim venient in noīe meo dicentes ego suz xp̄us: et multos seducent. Audituri ei estis prelia et opiniones preliorū. Uidete ne turbemini. Oportet eñ hec fieri sed nondūz est finis. Exurget eñ gens super gentē: et regnum sup regnuz. Et erunt pestilentie ⁊ fames: et terremotus per loca. Hec autē oia sunt initia dolorū. Tūc tradent vos i tribulationez: ⁊ occident vos: ⁊ eritis odio omibus gentib⁹ ꝓpter nomen meum. Et tūc scādalizabunt multi: et inuicez tradent / ⁊ odio habebūt iuicē. Et multi pseudo ꝓphete surgēt ⁊ seducent multos. Et qm̄ abūdauit iniquitas: refrigescet caritas multorū. Qui autez ꝑseuerauerit vsq3 in finē: hic saluꝰ erit. In t̄pe pascha. Euāge. Ego sū vitis vos pal. Reqre. fo. ccxvij. Offr. Mirabilis de⁹ in sc̄tis suis de⁹ israel ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue: bñdictus de⁹ allā. ꝟ Firmat celi allā. q̄sicūq3 dr. Offr. Gl'iabunt i te oēs qui diligūt nomen tuū qm̄ tu dñe bñdices iusto dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos

Offr. Letamini i dño et exultate iusti: et gliamini oẽs recti corde In tpe paschali. alla. Offr. Exultabũt sancti in glia letabũtur in cubilibus suis: exultationes dei in faucib⁹ eorũ. In tpe paschali. alla alla Offr. Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ: laqueus contritus est et nos liberati sum⁹ Offr. Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe: i veritatẽ tuã i eccl'ia scõr. alla allã Offr. Repleti sumus mane mia tua i exultauimus et delectati sum⁹ alleluya Plurimorum martyrum. Secre

Suscipe q̃s dñe munera populi tui pro martyrũ tuorũ festiuitate sanctorũ: et sincero nos corde fac eorũ natalicijs iter

Sin. Alia secreta esse. Per.

Sctor martyrũ tuorũ atq; pontificũ. N. et N. gl'iosa merita venerãtes: hec domiẽ mũera tue maiestati offerim⁹ obsecrãtes: vt illis reuerentiã exhibendo nobis veniã impetrem⁹. Per d. Cõio. Gaudete iusti i dño allã rectos decet collaudatio allã. et d; cũ Allã qũcunq; d; Cõio. Multitudo languentiũ et qui vexabantur a spiritibus immundis veniebant ad eũ: q: virtus de illo exibat et sanabat omẽs. Tpe paschali. allã allã. Cõio. Posuerunt mortalia seruorum tuor. escas volatilibus celi: carnes scõr. tuor. bestijs terre secundũ magnitudinẽ brachij tui possi de filios mortificatorũ. Cõio. Iustor. aĩe i manu dei sũt et nõ tanget illos tormentũ malicie: visi sunt oculis insipientiũ mori illi aũt sunt i pace. In tpe paschali. allã allã. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructũ afferatis: et fructus vester maneat. In tpe pascha allã allã. Cõio Et si corã hominibus tormẽta passi sũt de⁹ tẽtauit eos tanq̃ aurum in fornace probauit eos: et quasi olocausta accepit illos. Cõio Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. Cõio Ego sũ vitis vera et vos palmites: qui manet i me et ego in eo: hic fert fructum multũ allã allã. Cõio Dico aũt vobis amicis meis ne terreamini ab his qui vos persequũtur Cõio Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dñs: et quod i aure auditis predicate super tecta. Cõ. Amẽ dico vobis quod vni ex minimis meis fecistis michi fecist: venite benedicti pr̃is mei possidete preparatũ vobis regnum ab initio seculi. Plurimorũ marty.

Sacramentorum Postcõio tuor. domine participatione letãtes suppliciter exoramus: vt quor. merita celebrare condonas eor. nos facias imitari exẽpla

Deus Alia postcõio. tiã. p d. qui nos sacramẽti tui venerãda perceptiõe purificas: da nobis q̃s patrocinia tuor. continuata sanctorũ: quibus capere valeamus salutaris misterij participationẽ. Per d. Plurimor. martyr.

Deus cũ non pontifi. Orõ. qui nos concedis sanctorũ martyrũ tuorum. N. et N. natalicia colere: da nobis i eterna beatitudĩe de eor. societate gaudere

Munera tibi Secreta. Per. domine nostre deuotionis offerimus: que pro tuor. tibi grata sint honore iustorum: et nobis salutaria te miserante reddãtur Per dominum. Postcommunio

Presta q̄s nobis dn̄e interce dentibus sanctis martyri bus tuis. N. & N. vt que ore con tigimus pura mente capiamus. Per. In natali vnius cōfessoris.

Statuit ei dn̄s Officiū. testamentū pacis: & prī cipez fecit eū vt sit illi sa cerdotij dignitas i eternū. In tē pore paschali. all'a all'a. ps Miseri cordias dn̄i in eternū cantabo. Offtm.

Sacerdotes tui dn̄e iduant iusticiaz: et sc̄ti tui exultēt: pp̄ter dauid seruuz tuū nō auer tas faciem christi tui. In tp̄e pa scha. all'a. ps. Memento dn̄e dauid: et oīs mā suetudinis eius. Offm.

Sacerdotes dei bn̄dicite do minum: sancti & hūiles corde lau date deum. In tp̄e pascha. all'a al leluya. ps. Benedicite omnia opera do mini dn̄o: laudate et superexaltate eū in secula.

Omnip̄s sempi Oratio. terne deus qui nos beati N confessoris tui atq3 pontificis ho dierna festiuitate letificas / tuaz supplices exoramus clemētiam: vt cuius solēnia deuotis officijs veneramur eius pijs suffragijs / eterne vite remedia cōsequamur Per.

Da q̄s op̄s Alia oratio. deus / vt beati. N. confesso ris tui atq3 pontificis venerāda solēnitas: et deuotionē nobis au geat et salutē. Per do. Lectō libri sapiētie. Ecclesiastici. xliiij.

Ecce sacerdos magn⁹ qui in dieb⁹ suis pla cuit deo: et inuētus est iustus: & in tp̄e iracundie fact⁹ est reconsilia tio Non est inuētus similis illi: qui conseruaret legez excelsi. Ideo iure iurando fecit il lū dn̄s crescere in plebem suā. Be nedictionem oim gentiū dedit il li: et testamētuz suū confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: cōserua uit illi misericordiam suā: & inue nit gratiā coram oculis dn̄i. Ma gnificauit eū in cōspectu regū: & dedit illi coronā glie. Statuit il li testamentū sempiternum: & de dit illi sacerdotiū magnū: et bea tificauit illū in gloria Fūgi sacer dotio: & habere laudē in noīe ipsi us. Et offerre illi icensum dignū i odorē suauitatis. Lcō libri sap.

Ecce sacerdos Ecc'iastici. l. magn⁹ qui in vita sua cura uit gentez suā: & liberauit eam a perditione. Qui suffulsit domū & i diebus suis corroborauit tēpluz Qui p̄ualuit āplificare ciuitatē: q̄ adept⁹ est gl'iam in cōuersatiōe gētis Quasi stella matutina i me dio nebule: & quasi luna plena in dieb⁹ suis lucet Et quasi sol reful gens: sic ille effulsit in templo dei Quasi arcus refulgēs inter nebu las glie & quasi flos rosar i dieb⁹ vernis. Quasi lilia q̄ sūt i trāsitu aq̄: & quasi thus redolēs i diebus estatis. Quasi ignis effulgens et thus ardēs in igne: quasi vas au ri solidum: ornatuz omni lapide precioso. Quasi oliua pullulās: & cypressus in altitudinem se extol lēs: in accipiēdo illū stolā glorie: et vestiri eū in cōsummatiōe v̄tu tis. In ascensu altaris sc̄ti: gl'iaz

dedit sanctitatis amictū In acci
piendo aūt partes de manu sacer
dotū: ⁊ ipse stans iuxta arā porre
xit manū suā in libatione: et liba
uit odorem diuinū excelso princi
pi Et iterauit orationē suā volēs
ostendere virtutē dei: qui fecit no
biscū scđm suā miām Qui det no
bis iocūditatē cordis: ⁊ fieri pacē
in diebꝰ nr̄is i israel: per dies sem
piternos. Lcō libri sap. x. ca
Iustū dedurit dn̄s p vias re
ctas: et ostendit illi regnū dei. Et
dedit illi sciētiā sanctoꝝ: honesta
uit illū in laboribus ⁊ cōpleuit la
bores illiꝰ. In fraude circūuenien
tiū illi affuit: ⁊ honestū fecit illuꝫ
Custodiuit eū ab inimicis ⁊ a sedu
ctoribꝰ tutauit illū. Et certamen
forte dedit illi vt vinceret: et sciret
qm̄ oium potentior est sapientia
Hec venditū iustuꝫ non dereliqt:
sed a pctōribꝰ liberauit eū. Descē
ditqꝫ cum illo in foueā: ⁊ in vincu
lis non dereliqt illuꝫ: donec affer
ret illi sceptruꝫ regni: ⁊ potentiā
aduersus eos ꝗ eum deprimebāt
Et mēdaces ostendit qui macula
uerūt eū: ⁊ dedit illi claritatē eter
nā: dn̄s deus noster. Lcō libri sa
pientie. Eccli. xlv
Dilectꝰ deo et hoibus: cuius memo
ria in benedictione est. Similē il
lū fecit in glīa sanctoꝝ: et magni
ficauit eū in timore inimicoꝝ: et
in verbis suis monstra placauit.
Glorificauit eum in cōspectu re
gū: ⁊ iussit illi coraꝫ populo suo
et ostendit illi gloriam suaꝫ In fi
de ⁊ lenitate ipsius sanctū fecit il
lum et elegit eū ex omi carne. Au
diuit eni vocem ipsius: ⁊ induxit
illū in nube. Et dedit illi cor ad p̄
cepta: et legem vite et discipline.
Gra. Ecce sacerdos magnus qui i die
bus suis placuit deo. V. Non ē inuētus
similis illi qui conseruaret legem excelsi
Grad. Iurauit dn̄s et nō penitebit euꝫ
tu es sacerdos ineternū: secundū ordinē
melchisedech. V. Dixit dn̄s dn̄o meo se
de a dextris meis. Gra. Inueni dauid
seruū meū oleo sācto vnxi eum: manꝰ
enim mea auxiliabitur ei: et brachiū me
um confortabit eū. V. Nichil pficiet i
nimicus in eo: et filius iniquitatis nō noce
bit eū Grad. Dn̄e preuenisti eum in be
nedictionibus dulcedinis: posuisti in ca
pite eius coronam de lapide precioso. V.
Vitā petiit et tribuisti ei longitudinem
dierū in seculū seculi. Allā. V. Iustꝰ ger
minabit sicut liliū: ⁊ florebit ineternū ante
dn̄m Allā. V. Amauit eū dn̄s ⁊ ornauit
eū: stola glīa induit eū Alla. V. Dispo
sui testamentū electꝭ meis: iuraui dauid
seruo meo. Allā. V. Elegit dn̄s sibi in
sacerdotem magnū in populo suo. Allā
V. Inueni dauid seruū meū oleo sancto
meo vnxi eū. Tractꝰ. Beatus vir qui
timet dn̄m in mādatis eius volet nimis
V. Potēs in terra erit semē eiꝰ: generatio
rectorum benedicet. V. Gloria ⁊ diuitie
in domo eiꝰ: ⁊ iusticia eiꝰ manet in seclm
Sequē. scti.
Adest nobis di
es alma: et magno gaudio
plena In qua scā deo grata ꝯgau
det ecclia. Hodie celestis letat tur
ma ꝙ gliaꝫ cantat i excelsis voce
dulcissona cū symphonia. Hodie
poloꝝ sācta agmina collaudāt re
gē deū nr̄m natū ex vgie sctā ma

ria. Aue inclite presul xpi N. flos pulcherrie. Tu vestigia xpi secut⁹ es fide deuota. Etenim regum adept⁹ es regna. Iam gratularis in domo supna possidens sedes almas. Que postulamus et poscimus vna. Adiuuent tua sancta suffragia fragilem vitam nostram. O beate. O sancte. N Laus tibi in gloria. O beate. O sancte N Pro nobis supplica Ut vna mereamur sancta celorum templa. Possidere leti cernentes alma gaudia que sunt plena Sit deo laus honorque et iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorum secula Amen dicant

Alma cohors Seque. omnia vna laudum sonora nunc promee preconia. Quibus enim signis rutilat. N. vt luna solque sydera. Meritorum est mirifica radians idem sacra prerogatiua. Nunc nam sophie mistica ornarunt mire dogmata qua fulsit nitida luculenter per ampla orbis climata. Verbi necnon fructifera seuit diuini semina mentium per arua pellendo quoque cuncta noctis nubila. Hinc famina fundens diua vtpote celestia ferens in se numina Sublimauit catholica vehementer culmina sancta per eloquia. Is nempe celse copos glorie nunc exultat inter letabunda celicolarum ouans contubernia. Sublimis extat sede supna fruens vita semper inexhausta: sat per saluberrima xpi pascua. O dignum cuncta laude precelsa. Presulem tanta nactum gaudia. Virtutum propter merita quibus viguit ardens velut lampada Nos voce clara hunc vt iocunda

Dantes orem⁹ preces et vota. Qui nobis ferat comoda impetret et eterna poscens premia. Quod petit presens caterua presulum gemma. Deuota rependens munia mente sincera. Fouendo tibi precum instantia scilicet vt polorum intret limina Quo iam intra palatia stantes supma. Leti gratulemur adepti polorum regna. Qui tua presul sistentes hac aula iubilam⁹ ingenti cum leticia. Recinentes dulcia nunc celsaque alleluya. Secundum matheum. xxv

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta: alij duo / alij vero vnum Unicuique secundum propriam virtutem: et profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat et operat⁹ est in eis / et lucratus est alia quinque Similiter qui duo acceperat: lucrat⁹ est alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terram: et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum: et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat: obtulit alia quinque talenta dicens. Domine / quinque talenta tradidisti michi ecce alia quinque superlucratus sum Ait illi dominus eius Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis / supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui Accessit autem et qui duo talenta acceperat: et ait. Domine / duo talenta tradidisti

michi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dñs ei9. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis supra multa te cõstituam Intra in gaudiũ domini tui. Secundum marcum. xiij. capitulo.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate & orate: nescitis enim quãdo tempus sit Sicut homo qui peregre profectus reliquit domũ suã & dedit seruis suis potestatem cuiusqz operis: & ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo: nescitis eñi quãdo dñs domus veniat. Sero an media nocte: an gallicãtu: an mane Ne cũ venerit repẽte: inueniat vos dormiẽtes. Qđ autẽ vobis dico / omnibus dico: vigilate Secundũ matheũ. xxiiij. capitu.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Uigilate: quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Illud aũt scitote: qm̃ si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtiqz: & non sineret perfodi domũ suã. Ideo & vos estote parati nescitis qr qua hora filius hominis venturus est Quis putas est fidelis seru9 & prudens: quẽ constituit dñs supra familiã suã vt det illis cibũ in tpe. Beatus ille seruus: quẽ cũ venerit dñs eius: inuenerit sic faciẽtẽ Amẽ dico vobis: quoniã sup omnia bona sua constituet eũ. Euãgeliũ. Homo quidã nobilis abijt in regionem longinquã: accipere. Require in cõmuni vni9 martyris. folio. ccxxij. In tempore paschali. Euangelium. Ego sum vitis vera. folio. ccxvij. Offertorium Ueritas mea et misericordia mea cũ ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tempore paschali alleluya Offerto. Inueni dauid seruum meũ et in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eũ. In tempore paschali alleluya. Secreta.

PRopiciare dñe q̃sumus supplicationib9 nostris: & intercedẽte pro nobis sancto. N. cõfessore tuo atqz põtifice / his sacramẽtis celestibus seruiẽtes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificãte nos gratia tua / eisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per. Alia secreta.

REspice quesumus domine munera populi tui in sãcti N. cõfessoris tui atqz põtificis honore oblata: & tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per. dominum nostrum. Cõmunio. Domine quinqz talẽta tradidisti michi: ecce alia quinqz superlucratus sum: euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cõstituam intra i gaudiũ domini tui. In tempore paschali. Alleluya. Cõmunio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis super omnia bona sua constituet eum. In tẽpore paschali. alleluya alleluya. Cõmunio. Fidelis seruus et prudens quẽ constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. In tempore paschali. Alleluya, alleluya. Postcommunio.

P Resta quesumus dñe deus noster: vt diuinis mysterijs expiati intercedēte beato N. confessore tuo atq3 pōtifice: ad superni plenitudinē sacramenti cuius libauimus sancta tendam⁹. Per

Q Uos tuis Alia postcō. dñm dñe reficis sacramētis sancti. N. confessoris tui atq3 pōtificis attolle benign⁹ suffragijs: vt nostre redēptionis effectū/ ⁊ mysterijs capiamus ⁊ moribus. Per

In natali vnius confes. et docto. Officium. Sacerdotes dei. Oratio

E Xaudi dōmine preces nr̄as quas in sancti. N. confessoris tui atq3 pontificis solēnitate deferimus: ⁊ qui tibi digne meruit famulari eius precibus ab omībus nos absolue peccatis. Per d.

Lcō libri sapie. Ecclesiastici. xlvij.

D Edit dñs confessionē sācto suo: et excelso in verbo glorie De om̄i corde suo laudauit dominū: ⁊ dilexit deū qui fecit illu3 Et dedit illi contra īimicos potētiam et stare fecit cātores contra altare: et in sono eorū dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus: et ornauit tp̄a vsq3 ad consūmationē vite. Ut laudarēt nomē sanctū dñi: ⁊ amplificarēt mane sāctitatē dei. Christus purgauit peccata ipsius: et exaltauit ineternū cornu eius. Sapientia laudabit aīam suā: et ī deo honorabitur: et ī medio populi sui gloriabit̄. Et ī ecclesijs altissimi aperiet os suū: ⁊ in cōspectu virtutis ipsius gloriabit̄. In medio populi exaltabitur: ⁊ in plenitudine sācta admirabitur. In multitudīe electorū habebit laudem: ⁊ inter benedictos benedicetur. Lectio libri sapientie. vij. capitulo

O Ptaui ⁊ datus est michi sensus: ⁊ inuocaui et venit in me spiritus sapientie. Et preposui illa3 regnis ⁊ sedib⁹: et diuitias nichil esse dixi in cōparatiōe illius. Nec cōparaui illi lapidē preciosū: qm̄ omne aurū ī cōparatiōe illi⁹ arena est exigua: ⁊ tanq̄ lutū estimabitur argentū in cōspectu illius. Super salutē et speciē dilexi illā: et proposui pro luce habere illa3. quonia3 inextinguibile est lumē illius. Uenerūt autem michi oīa bona pariter cū illa: ⁊ inumerabilis honestas per manus illius Et letatus sum in omibus: qm̄ antecedebat me ista sapientia: ⁊ ignorabam qm̄ horum oīm mater est Quā sine fictiōe didici: et sine inuidia cōmunico. Et honestatē illius: nō abscondo. Gr. Iurauit dominus. Alleluya. V. Amauit eū. Sequētia de cōi vnius confessoris ⁊ pōtificis Infra septuagesimam tractus. Btūs vir. Se. math. v. c.

I N illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Uos estis sal terre: Quod si sal euanuerit: ī quo salietur? Ad nichilu3 valet vltra nisi vt mittatur foras: ⁊ conculcetur ab hominibus. Uos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscōdi supra mōtē posita nec accendūt lucerna3 ⁊ ponunt eam sub modio sed super candelabrum vt luceat

oibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem vrm qui in celis est. Nolite putare: qm̃ veni soluere legem: aut prophetas. Non veni soluere: sed adimplere Amẽ dico vobis: donec transeat celum z terra: iota vnũ aut vnus apex nõ preteribit a lege: donec oia fiant Qui ergo soluerit vnũ de mãdatis istis minimis z docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorũ. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorũ. Offer. Ueritas mea

Sec. Munera qs dñe tibi dicata sctifica: et intercedente beato. N. cõfessore tuo atq̃ doctore: per eadẽ nos placatus intẽde. Per dñm. Coio. Fidelis seruus

Postcõmu. Presta qs omps deus/ vt de perceptis muneribus gratias exhibẽtes: intercedẽte btõ. N. cõfessore tuo atq̃ doctore: beneficia potiora sumam⁹ Per do. In natali vnius cõfessoris et abbatis. Officiuz.

O

Siusti meditabit sapiẽtiam: et lingua ei⁹ loquetur iudiciũ: lex dei eius i corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq̃ zelaueris facientes iniqtatem

Oratio. Deus qui beatum N. confessorem tuũ atq̃ abbatem sanctitatis gratia decorasti: ipsi⁹ merit[is] fac nos bonis operibus abũdare vt a te sũmo bono omne qd̃ expedit mereamur spectare. p dñ. Lcõ li. sap. Eccle. xxxix

Iustus cor suuz tradet ad vigilandum diluculo ad dñm qui fecit illum: et in conspectu altissimi deprecabit. Aperiet os suũ in oratione: z pro delictis suis deṕcabit. Si enim dñs magnus voluerit spiritu intelligentie replebit illũ. Et ipse tanq̃ ymbres mittet eloquia sapientie sue: z in oratione cõfitebitur dño Et ipse diriget cõsiliũ eius et disciplinã: z in absconditis suis cõsiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue: z i lege testamenti dñi gl'iabit. Collaudabũt multi sapientiã eius: z vsq̃ in seculum non delebitur Non recedet memoria eius: z nomen eius requiretur/ a generatiõe in generationẽ. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabũtur gressus eius. Alleluya. V. Posui adiutorium super potẽtem et exaltaui electum de plebe mea: Sequẽtia. Adest nobis, vel tractus. Desiderium. vt supra. in cõmuni vnius martyris. Secundum lucam. xi. capitulo.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accẽdit lucernam: z in abscondito ponit. neq̃ sub modio/ sed super cãdelabrum: vt qui ingrediunt lumen videant. Lucerna corporis tui: z oculus tuus. Si oculus tu⁹ fuerit simplex: totũ corpus tuuz lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit Uide ergo ne lumen quod in te est: tenebre sint. Si ergo

go corpus tuum totum lucidum fuerit: non habēs aliquam partē tenebrarum: erit lucidū totum. Et sicut lucerna fulgoris illuīabit te. Offr. Desideriū anime eius tribuisti ei dñe: et voluntate labiorum eius non fraudasti eū: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta. Sacrificiū dñe quod pro sācti. N. cōfessoris tui atqꝫ abbatis solēnitate deferimus tibi quesumus fiat acceptū: vt eius intercedētibus meritis: nobis augeat te donante suffragiū. Per do. q̄ te. Co̅io. Fidelis seruus. Postcō. Libātes dñe sacro sācta mysteria pretēde nobis q̄s miam tuā: vt que votis expetimus / intercedēte beato. N. cōfessore tuo atqꝫ abbate cōuersatione tibi placita cōsequamur. Per d. De quocūqꝫ confessore. Orō. Adesto do- mine precibus nostris: quas in sancti. N confessoris tui solennitate deferim⁹: vt qui nostre iusticie fiduciam non habem⁹ / eius qui tibi placuit meritis ꝛ precib⁹ adiuuemur. p d. Epl'a. Iustum deduxit. Euāge Uidete vigil. Cetera vt s. sicut de vno cōfessore ꝛ abba. Sec. te. Suscipe dñe sacrificium placatiōis ꝛ laudis quod nos interueniēte beato. N cōfessore tuo pducat ad veniā: ꝛ i perpetuā gratiarū ꝯstituat actio. Postcō. nē. Per d. Presta q̄s domine deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramēta: eius salutaria nobis itercessiōe reddātur. p d In nata. pluri. ꝯfes. Offi.

Sacerdotes eius induāt salutare et sancti eius exultatione exultabūt. In tp̄e paschali all'a all'a all'. ps Memēto dñe dauid: et omnis mansuetudinis ei⁹. Oratio. Beatorū confessorum tuorum. N et N. nos dñe q̄s tuere presidiis. vt quorum festiuitatē ānua deuotiōe recolimus: eorum intercessione ab oibus aduersitatib⁹ eruamur. Per. Alia orō. Deus qui nos sanctorum confessorum tuorum. N. ꝛ N. cōfessionibus gloriosis iocundas et ptegis: da nobis et eorū imitatione proficere ꝛ intercessione gaudere. Per do. Ad hebreos. vij. Fratres: Plures facti sūt sacerdotes secundū legem: idcirco ꝙ morte phiberent permanere Iesus aūt eo ꝙ maneat ieternū: sēpiternum habet sacerdotiū Unde ꝛ saluare in ppetuū potest accedens per semetipsū ad deū: semper viuēs ad interpellandum pro nobis. Talis eñ decebat vt nobis esset pōtifex sāctus innocēs / ipollutus segregatus a peccatoribus: ꝛ excelsior celis factus Qui nō habet quotidie necessitatē queadmodū sacerdotes prius pro suis delictꝫ hostias offerre: deide pro populo. Hoc ei fecit semel se offerēdo: dñs noster iesus xp̄us. Gr. Sacerdotes ei⁹ induāt salutare et scti ei⁹ exultatiōe exultabunt. ℣ Illuc producam cornu dauid paraui lucernā xp̄o meo. Allā. ℣. Fulgebunt iusti: ꝛ tanꝙ scintille in harundineto discurrent ineternū Nulla dicit sequē. licet. ix. lectiones habeant

Secundum lucam. xii. capitulo.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sint lubi vestri pzecincti: ꝛ lucerne ardētes i manibus vestris. Et vos similes hoibus expectantibus dñm suum quando revertatur a nuptijs Ut cū venerit ꝛ pulsaverit: cōfestim aperiant ei. Beati servi illi: quos cū venerit dñs invenerit vigilantes. Amen dico vobis: ꝙ pzeciget se: ꝛ faciet illos discūbere / et trāsiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia: ꝛ si i tercia vigilia venerit ꝛ ita īvenerit beati sunt servi illi. Hoc autē scitote: qm̄ si sciret pařfamilias: qua hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ et non sineret perfodi domū suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hois veniet

Secundū matheum. x. capitulo.

In illo tpe. Misit iesus duodecim discipulos suos pzecipiens eis: et dicēs. In viā gentiū ne abieritꝭ: ꝛ in civitates samaritanoꝝ ne itraueritis: sed potius ite ad oves que perierunt domꝰ israel. Euntes autem pzedicate dicētes: qꝛ appzopinquavit regnuꝫ celoꝝ. Infirmos curate: moztuos suscitate: lepzosos mūdate demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Offert. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eozum In tēpoze paschali. alleluya allā. Sec.

Adesto dñe pzecibus populi tui: adesto muneribus / vt q̄ sacris sunt oblata mysterijs: tuorum tibi placeant intercessiōe sāctozū. Coio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis et fructum afferatis / et fructus vester maneat. In tempoze paschali. alleluya alleluya. Postcoio.

Fideles tui deus celestis doni remedijs recreentur: ꝛ sāctozum quoqꝫ confessozum tuorum pzecibus ab oibus quesumꝰ emūdentur delictis. Per do. In natali vnius vginis ꝛ mar. Offr

D Ilexisti iusticiaꝫ ꝛ odisti iniqtatē ppterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie p̄ cōsoztibꝰ tuis In tpe pascha allā allā allā. ps. Eructavit coz meū vbū bonū dico ego opa mea regi. Offr

Loquebar de testionijs tuis in cōspectu regum: et non confundebar ꝛ meditabar in mādatꝭ tuis q̄ dilexi nimis. ps. Beati immaculati i via: q ambulant i lege dñi

Me expectaverūt. Officium. pctōzes: vt perderent me testimonia tua dñe intellexi: omis consummationis vidi finē latū mandatum tuū nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Exaudi nos dño deus salutaris noster: vt sicut de beate. N. virginis et martyzis tue festivitate gaudemus: ita pie devotiōis erudiamur affectu. Per. Lectio libzi sapientie.

Domine Ecclesiastici. li. deus meus exaltasti sup terram habitationē meā: ꝛ pzo moztе defluēti depzecata sū. Invocavi dñm patrē dñi mei: vt non derelinquat me in die tribulatiōis

mee et in tempore superbor sine adiutorio. Laudabo nomē tuū assidue ⁊ collaudabo illud in confessiōe: et exaudita est oratio mea Liberasti me de pditiōe: ⁊ eripuisti me de tpe iniquo. Propterea cōfitebor: et laudē dicam nomi tuo dñe deus meus. Lectio libri sap.

Confitebor. Ecclesiastici. li. ca. bor tibi dñe rex et collaudabo te deū saluatorē meum. Cōfitebor noī tuo qm̄ adiutor ⁊ protector fact⁹ es michi ⁊ liberasti corpus meū a perditiōe. A laqueo lingue inique: ⁊ a labijs operātium mendacium. Et in ꝯspectu astantium factus es michi adiutor. Et liberasti me scdm multitudinē misericordie noīs tui. A rugiētibus preparatis ad escam: de manib⁹ querentiū aiam meā: ⁊ de portis tribulationū que circundederūt me. A pressura flāme que circundedit me ⁊ in medio ignis non sū estuata De altitudine vētris inferi: et a lingua coīquinata: ⁊ a verbo mēdacij. A rege iniquo ⁊ a lingua iniusta Laudabit vsqꝫ ad mortem aīa mea dñm: ⁊ vita mea appropinquās erat ī inferno deorsū Circūdederūt me vndiqꝫ: et non erat qui adiuuaret Respiciēs erā ad adiutoriū meū: et nō erat. Memorata sum mīe tue dñe ⁊ cooperationis tue que a seculo sūt: quoniā eruis sustinētes te: ⁊ liberas eos de manu angustie domīe deus me⁹. Lcō libri sa. Eccle. xxiiii.

Sapientia laudabit animā suā: et in dño honorabitur et ī medio populi sui gloriabitur Et ī ecclesijs altissimi aperiet os suū ⁊ in conspectu virtutis illius gloriabit. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sctā admirabit. In multitudine electorū habebit laudem: ⁊ iter benedictos benedicet dicēs. Ego ex ore altissimi pdiui: primogenita ante omnē creaturā Ego quasi libanus nō incisus: vaporaui habitationē meam: ⁊ quasi balsamū nō mixtū odor meus Ego quasi terebintus extendi ramos meos: ⁊ rami mei honoris ⁊ gratie. Gradu. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo leticie. Grad. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede ⁊ regna ℣. Propter veritatem ⁊ mansuetudinē et iusticiā ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Grad. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternū. ℣. Propter veritatem et māsuetudinem et iusticiā et deducet te mirabiliter dextera tua. Grad. Audi filia ⁊ vide et inclina aurē tuā: q2 cōcupiuit rex speciē tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede ⁊ regna. Grad. Propter veritatē et mansuetudinē et iusticiā ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia cōcupiuit rex speciē tuā. Allā. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginē castā exhibere christo. Allā. ℣. Ueni electa mea ⁊ ponā te in thronū meum: quia concupiuit rex speciem tuam. All. ℣ Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Allā.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternū. Alla V. Hec est virgo sapiens quā dn̄s vigilātem inuenit. Alla V. Loquebar de testimonijs tuis in cōspectu regū et non confundebar dn̄e. Tract9. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternū. V. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. V. Propter veritatē et mansuetudinem et iusticiā et deducet te mirabilit dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurē tuā: qr concupiuit rex speciē tuā

Exultemus i hac die. Sequē. festiua. Recolentes dn̄i magnalia in sctis q̄ operatur maria Qui inter sua potentie mira in virginū est marim9 glīa. Sua enim grā mundi viluit vginibus pompa. Atq3 cōtra precepta regu3 restitit virginalis pugna. Furit rabies vesana deuicta tristatur malicia crudescit i carne tenera maiora exquirit tormenta. Sed tūc stat firmior caro virginea. Cum mltiplicant noua supplicia Pro eterna quā expectāt a deo glīa. Letant mortalia affligi sua corpora Qr sūt trāsitoria. Et in motu subito labētia mūdi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac vginea forte claruit. N. Cuius hodie celebramus solēnia splēdens inter alias vt lucifer iter miores stellas. Uirgo beata fortiter ferēs omia nec mori recusans p glīa pro nobis pie deū exora. Ut tecum i aula exultem9 etherea pace ppetua. Pro sanctor virgo gloriosa collaudemus dn̄m glīa. S. matheū. xiij.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc Simile est regnū celoru3: thesauro abscondito in agro. Quē qui iuenit homo abscōdit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet: et emit agrū illum. Iteru3 simile est regnū celor homini negociatori: querēti bonas margaritas. Inuenta vna p̄ciosa margarita: abijt et vēdidit oīa que habuit: et emit eā. Iterū simile est regnū celor sagene misse in mare: et ex omni genere pisciū cōgreganti. Qua3 cum ipleta esset educētes: et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua: malos aūt foras miserūt. Sic erit in consūmatiōe seculi. Exibūt āgeli et separabūt malos de medio iustorū: et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentiū. Intellexistis hec oīa? Dicunt ei. Etiā. Ait illis. Ideo oīs scriba doctus in regno celor: similis est hoi patrifamilias: q̄ pfert de thesauro suo noua et vetera. Offer. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Offertoriū min9. Offerentur regi virgines post eā proxime ei9 offerētur tibi. In tp̄e pas. Alā Offer. Offerentur regi virgines proxime ei9 offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternu3 et in seculū seculi.

Re Secre. Desta q̄s domine deus noster/ vt sicut in tuo cōspectu mors est

preciosa scõr: ita per eor merita venerantiuz accepta tibi reddat oblatio. Per. Cõio. Diffusa est gr̃a in labiis tuis ꝓpterea benedixit te deus ineternũ. In tp̃e paschali allã allã. Cõio. Pricipes persecuti sunt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meuz letabor ego super eloquia tua / sicut qui inuenit spolia multa: cõcupiuit aĩa mea testimonia tua dñe et dilexit ea vehemẽter. Cõio. Feci iudiciũ ⁊ iusticiã domine non calũniẽtur michi superbi: ad omĩa mandata tua dirigebar: oẽm viam iniquitatis odio habui. Cõio. Simile est regnũ celorum hoĩ negociatori querẽti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit oĩa sua et cõparauit eã. Cõio. Quinqꝫ prudẽtes virgines accepẽrũt oleũ in vasis suis cũ lampadibus media aũt nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiam xp̃o domino

Refecti cibo potuqꝫ Postcõ celesti deus noster te supplices exoramus: vt in cuius hec cõmẽoratione percepim⁹: eius muniamur ⁊ precibus. per do. In natiuitate vnius vginis no martyris. Offm̃. Dilexisti. Oratio

Omñs sẽpiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis q̃s sãcte. N. virgĩs tue placitis tibi meritis commẽdari: cui⁹ vita merito castitatis tibi cõplacuit. Per d. ij. Ad chorinthi. x.

Fratres. Qui gloriatur i domino glorietur. Nõ enim qui seipsum ꝯmẽdat ille probatus est sed quez deus cõmẽdat. Utinam sustineretis modicũ q̃d insipiẽtie mee: sed et supportate me. Emulor eni vos: dei emulatiõe. Despõdi eni vos vni viro virginẽ castã: exhibere xp̃o. Lcõ libri sapie. viij

Sapientia vincit maliciam Attigit ergo a fine vsqꝫ ad finem fortiter: ⁊ disponit omnia suauiter. Hãc amaui et exquisiui a iuuẽtute mea: ⁊ quesiui eã sponsam michi assumere: ⁊ amator factꝰ sũ forme illius. Generositatẽ illius glorificat cõtubernium habẽs dei: sed et oĩm dñs dilexit illã Doctrix est ei discipline dei: et electrix operũ illius Lcõ ysaie ꝓphẽ

Gaudens gaudebo lj. et lij. in dño: ⁊ exultabit aĩa mea in deo meo. Q2 induit me vestimẽto salutis ⁊ indumẽto leticie circũdedit me. Quasi spõsũ decoratuz corona: et quasi sponsã ornatam monilib⁹ suis. Sicut enim terra profert germen suũ: ⁊ sicut ortus semen suũ germinat: sic dñs de⁹ germinabit iusticiã: ⁊ laudẽ corã vniuersis gẽtibus. Habitabit eni iuuenis cũ virgine: et hitabunt i te filij tui. Et gaudebit spõsus super spõsã: ⁊ gaudebit super te deus tuus. Dicit dñs omñs. Gr. Dilexisti. Allã. Diffusa ẽ. Allã. ℣. Emu

Virginis vene Sequẽ. Ior. rande de numero sapientũ festa celebremus socij. Filij mr̃is summi regis sacro sancte marie. Quã sibi i sororez dei adoptauit filius. Hec corpus suũ domuit freno ieiunij. Et luxuriã secuit ense agonie. Hec contra cũctos hostis dimicauit impet⁹. Et hostẽ cruẽtũ freta xp̃i dextra strauerat. Hec

spõsum ab aula celi sese iuisentē alacris Corde iocundo secuta ei⁹ est ingressa thalamum. Tuq3 iaz dulcib⁹ plena delicijs. Christo mi serias nr̃as suggerito. Nobis cõsolationē p̄cãdo. S. math. xxv.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnum celoꝝ decē virginibus: que accipiētes lãpades suas exierũt obuiã sponso ꝛ sponse Quinq3 autē ex eis erant fatue: ꝛ quinq3 prudētes. Sed quinq3 fatue acceptis lãpadib⁹: nõ sumpserũt oleũ secũ. Prudētes vero acceperũt oleũ in vasis suis cũ lãpadib⁹ Morã autē faciēte spõso: dormitauerunt oēs ꝛ dormierunt. Media autē nocte clamor fact⁹ est: ecce sponsus venit: exite obuiam ei Tunc surrexerunt oēs ṽgines ille: ꝛ ornauerũt lãpades suas. Fatue autē sapiētib⁹ dixerunt Date nobis de oleo vestro: q2 lãpades nostre extinguntꝰ. Respõderunt prudētes dicētes Ne forte nõ sufficiat nobis ꝛ vobis: ite potius ad vēdētes: ꝛ emite vobis. Dũ autē irent emere: venit spõsus Et que parate erãt itrauerunt cuz eo ad nuptias: ꝛ clausa est ianua. Nouissime vero veniũt ꝛ reliq̃ue virgines dicētes. Dñe dñe aperi nobis. At ille respõdēs: ait. Amē dico vobis: nescio vos Uigilate itaq3: q2 nescitis diem neq3 horam. Offer. Offerētur. minus. Secreta

Offerimus tibi dñe preces ꝛ munera i honore scē. N virginis tue gaudētes: p̄sta q̃s. vt et conuenienter hec agere ꝛ remedium sēpiternũ valeam⁹ acq̃rere Per do. Coio. Diffusa est. Postco.

Prosint nobis dñe q̃s sũpta mysteria pariterq3 nos intercedente beata virgine tua. N ꝛ a peccatis eruãt: ꝛ p̄sidio tue propiciationis attollãt. Per. In natali plurimaruz ṽginum. Offm.

Vultuz tuum dep̄cabuntꝰ oēs diuites plebis: adducentꝰ regi ṽgines post eã p̄ime eius adducētur tibi in leticia et exultatiõe. Ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opa mea

Deus qui vt hu Oratio. regi. manũ genus ad confessionē tui nõis prouocares etiã in sexu fragili victoriã martyrij cõtulisti: p̄sta q̃s. vt ecclia tua hoc exēplo cõmonita / nec pati pro te metuat. vt celestis p̄mij gl̃iam cõcupiscat. Per. Ep̃la. Fratres: de virginib⁹. Require in festo scãꝝ perpetue ꝛ felicitat. Alia episto. O q̃ pulchra. Req̃re i natiuitate beate marie. Gr. Exultabũt. Gra. Gloriosus deus Req̃re s. in cõi plurimorũ mrꝝ. Alla. V Adducētur regi virgines post eã proxime eius offerētur tibi i leticia et exultatiõe. Euãge. Simile est regnũ celorũ decē virgini. Offer. Offerētur. min⁹. Sec̃

Hec nos q̃s dñe beataruz virginuz ꝛ martyꝝ tuaruz. N. et N. cõtinuis p̄sidijs adiuuari pro quaꝝ venerãda recordatiõe: hec dona maiestati tue dicãda offerim⁹. Per dominuz. Cõmunio Quinq3 prudentes. Postcommunio.

P Resta q̃s omñs deus vt que in sctãrum virginũ et martyrum tuarũ. N. ⁊ N. solẽnitate percepimus diuina misteria: earꝝ intercessione remedia capere mereamur eterna. Per d. De virginibus non martyribus. Oratio.

O Mñs sẽpiterne de⁹/ qui nos idoneos nõ esse ppendis ad maiestatẽ tuã sicut dignũ est exorandam: fac sanctas virgines tuas. N. ⁊ N. pro nostris interuenire pctis: quarum meritis nobis idulgentiã largiaris. p do. Secre

I Ntercedẽtibus sãctis virginibus tuis. N. ⁊ N. domine quesumus plebis tue munus sanctifica: vt ab oĩbus noxijs expedita/ ⁊ hic ⁊ ineternũ cũcta sibi profutura percipiat. per d. Postcõio

Q Uesumus dñe deus noster/ vt sacri mysterij munus indultũ: intercedẽtibus sanctis virginibus tuis. N. ⁊ N. et presẽtis nobis vite subsidiũ: et eternitatꝫ largiatur affectũ. Per do. In cõmemoratione sctẽ trinita. Offm

B Enedicta sit sãcta trinitas atqꝫ indiuisa vnitas ꝯfitebimur ei qꝛ fecit nobiscũ miam suã. In tpe paschali. alleluya allˀa. Ps. Benedicamus patrẽ ⁊ filiũ cũ sctõ spiritu. Oratio

O Mñs sempiterne de⁹ qui dedisti famulis tuis in ꝯfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: ⁊ in potentia maiestatis adorare vnitatẽ: q̃s. vt eiusdẽ fidei firmitate: ab oĩbus semper muniamur aduersis. In qua vi-

uis ⁊ reg. de⁹ ij. Ad corinthi. xiij.

F Ratres. Gratia dñi nostri iesu christi et caritas dei: et communicatio sãcti spũs sit semper cũ oĩbus nobis. In christo iesu dño nřo. Ad romanos. xi. cap.

O Altitudo diuitiaꝝ sapiẽtie et scientie dei: q̃ icomprehẽsibilia sũt iudicia eius ⁊ iuestigabiles vie ei⁹: Quis eni cognouit sensum dñi: Aut quis ꝯsiliarius eius fuit Aut quis prior dedit illi et retribuet ei: Qm ex ipso ⁊ p ipsum: et in ipo sunt oĩa: ipsi gloria in secula seculorũ. Amẽ. Gr. Benedictus es dñe qui ĩtueris abyssos: et sedes super cherubin. V⁹. Benedicite deũ celi quia fecit nobiscũ miam suam. allˀa V. Benedictus es dñe de⁹ patrũ nostrorũ et laudabilis in secula Scdm io. xv

I N illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Cũ venerit paraclit⁹: quẽ ego mittã vobis a patre spiritũ veritatis/ q̃ a patre pcedit: ille testimoniũ phibebit de me. Et vos testimoniuꝫ phibebitis: quia ab initio mecũ estis. Hec locutus sũ vobis: vt nõ scãdalizemini Absqꝫ synagogis faciẽt vos Sed venit hora: vt oĩs qui iterficit vos arbitretur obsequiũ se pstare deo Et hec facient vobis: qꝛ non nouerũt patrẽ neqꝫ me Sed hec locut⁹ sum vobis/ vt cũ venerit hora eoꝝ reminiscamini quia ego dixi vobis. Offert. Benedict⁹ sit deus pater vnigenitusqꝫ dei filius sanctus quoqꝫ spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali dicitur Alleluya. Secre.

Sanctifica q̄s domine deus trinitas sancta per tui sancti nois iuocatione̅ hui⁹ oblationis hostiā ꝛ per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. In qua viuis In vnitate eiusdē spiritus sancti deus. Per oia secula. Pfa. Qui cū vnigenito. Coio. Benedicim⁹ deū celi et coram omibus viuentibus cōfitebimur ei: quia fecit nobiscū miam suam. In tpe paschali. Proficiat Postcoio allā allā. nobis ad salutē corporis et anime dn̄e deus huius sacramenti susceptio: ꝛ sempiterne sancte trinitatis: eiusdemq̄ indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis ꝛ regnas deus. Per oia. Missa de angelis. Officiū

Benedicite dn̄m oēs angeli ei⁹ potētes virtute qui facit͡ʒ verbū eius ad audiēdam vocem sermonū eius. In tpe paschali. allā Ps. Benedic anima mea dn̄o: et omnia que intra me sunt noī sancto eius. Orō

Perpetuū nobis dn̄e tue miserationis presta subsidiuʒ: quibus et angelica p̄stitisti suffragia nō deesse. Lectio libri apocalypsis beati iohānis apl̄i. xix. capi.

In diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe. Beati qui ad cenam nuptiarū agni vocati sunt. Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt Et cecidi ante pedes eius vt adorarē eū. Et dixit michi. Vide ne feceris. Cōseruus enim tuus sū et fratrū tuorum: habentiū testimoniū iesu: deū adora. Gra. Benedicite dn̄m omēs angeli eius potētes virtute qui facitis verbum eius. V⁹. Benedic anima mea domino et omia interiora mea nomen sanctum eius. Allā V. In conspectu angelorꝫ psallā tibi domine deus meus. Scd̄m iohēm. v. c

In illo tempore. Ascendit iesus hierosolimā. Est autem hierosolimis probatica piscina q̄ cognomiabatᵗ hebraice bethsaida: quinq̄ porticus habēs. In his iacebat multitudo magna lāguentiū cecorum/ claudorū/ aridorꝫ/ expectātiū aque motū. Angelus auteʒ dn̄i secundū tempus descēdebat i piscinā: ꝛ mouebatᵗ aqua. Et qui prior descēdisset i piscinaʒ post motionē aque: sanus fiebat a quacunq̄ detinebatur infirmitate. Offertorium. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incēsa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerim⁹ suppliciter deprecātes: vt easdem angelico ꝓ nobis interueniente suffragio: ꝛ placatus accipias: ꝛ ad salutem nostrā prouenire concedas. Per. Coio. Benedicite omnes angeli domini domino hymnū dicite ꝛ superaltate eū in secula. In tpe paschali allā. Postcoio.

Repleti domine benedictione celesti suppliciter imploram⁹: vt quod fragili celebram⁹ officio sanctorum angelorꝫ atq̄ archangelorum/ omniūq̄ celestium spirituū nobis ꝓdesse sentiamus auxilio. Per dominū nr̄m. Sciēdum est q̄ per totum aduen

tum ⁊ a **Dñe ne i ira.** vsq3 ad caput ieiunij: et ab octa. pasche vsq3 ad ascensionē dñi: ⁊ a festo scē trini. vsq3 ad aduentū dñi: singulis eb-domadi. semel solet dici missa. **Sa lus populi.** ꝑ fratribus ⁊ sororibus ita videlicet ꝙ si vacauerit a festis sanctorum ⁊ extra oct. cū regimine chori. ⁊ si missa dñicalis in ebdo. cantanda fuerit cōpleta. Cōmēo ratio quoq3 beate marie ⁊ festi lo ci: et proprie epistole ⁊ euangelia propria propter illam missam nō fuerint pretermissa. Tunc illa si qua dies vacauerit est cantanda Si vero proprie epistole et ꝓpria euangelia que quartis ferijs inti tulant frequenter nequeāt ibi di ci: in proximis sequētib⁹ ferijs si vacauerit perlegātur: nec ꝓpter missā **Salus populi.** vel **Nos autem** alicubi ꝑ totū annū aliqualiter obmittant. In missis etiā. **Salus populi.** vel **Nos aūt.** sup **kyrie. San ctus** et **Agnus.** semper dr cantus fe rial. Et notandū est ꝙ per totum tēpus predictū qn missa dñicalis in dñica vel in .ij. fer. cātata fue. et i .iij. feria vacauerit semper dr missa. **Salus populi.** in ipsa tercia feria. ⁊ si nō vacauerit. tūc in ali-qua feria ipsi⁹ ebdomade que ad hoc vacauerit cātetur Et sciendū est ꝙ missa **Sal⁹ populi.** est in dispo sitione cantoris: quando cōueni-entius et quota feria potest dici. Quādo vero dr missa **Sal⁹ populi.** tūc nulla dicitur memoria de dñi ca neq3 de aliqua alia missa. iij. l. nisi in aduē. Ad missam. Officiū

S
Alus populi ego sū dicit dominus de quacūq3 tri bulatiōe clamauerit ad me exaudiam eos ⁊ ero illorū do-minus i perpetuū. In tempore paschali alleluya alleluya. ps Attendite popule meus legem meā: iclina-te aurem vestrā in verba oris mei. Glia in excelsis. in hac missa. Orō

Deus qui caritatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cor dib⁹ fideliū infundis: da famulis et famulabus tuis fratribus ⁊ so roribus nostris: pro quibus tuā deprecamur clemētiā salutē mē-tis et corporis. vt te tota vtute di ligāt: et que tibi placita sunt / to-ta dilectione perficiāt. p. In vni-tate eiusd. Lcō Esaie ꝓphete. xix

Hec dicit dominus deus. In die illa deferetur mun⁹ dño exercituum ⁊ rex fortis domina-bitur eorū. In die illa erit altare domino in medio terre: et cogno scetur dñs: et colēt eum in hostijs et muneribus: et vota vouebunt domino ⁊ soluent. Et reuertētur ad dominū et placabitur eis: ⁊ sa nabit eos In die illa erit israel be nedictio i medio terre: cui benedi xit dñs exercituum dicens. Bene dictus populus meus ⁊ opus ma nuū mearū hereditas mea israel. Dicit dñs omnipotens. Gradua: Propici⁹ esto domine pctis nostris nequā dicāt gentes vbi est de⁹ eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr et propter honorē nois tui dñe libera nos. Allā. ℣. Osten de nobis dñe miam tuā et salutare tuū da nobis. Tempore paschali scdm

alleluya erit de missa dñicali per ebdoma. sicut in fes. sine regimie chori. tamẽ in processione vbi fit statio secundũ all'a nõ dicet Iste modus obseruet in missa p pace et in consimilib⁹. Scdm mat. xij.

In illo tẽpore Sedens iesus cõtra gazophilacium: aspiciebat quomodo turba iactabat es i gazophilaciũ et multi diuites iactabant multa Cũ venisset aũt vna vidua paupcula: misit duo minuta quod est quadrãs: et conuocans discipulos suos: ait illis. Amẽ dico vobis qꝛ vidua hec paupercula plus oib⁹ misit qui miserũt i gazophilaciũ. Oẽs eni ex eo qđ abũdabat illis miserũt hec vero de penuria sua oia que habuit misit totũ victum suũ. Offerto. Exaudi deus orationẽ meã et ne despexeris deprecationẽ meã: intende in me et exaudi me. In tp̃e paschali. alleluya Sequentes duo ỽ. dicũtur alternis vicibus infra aduentũ dñi. et a lxx. vsqꝫ ad. l. tm̃. ỽ. Conturbatus sũ a voce inimici et a tribulatione peccatoris: et expectabam eũ qui me saluũ faceret. ỽ. Ego aũt ad deũ clamaui libera aĩam meã et extende manũ tuam in re

Misere Secreta. tribuẽ do illis. Mre q̃s domine famulis et famulabus tuis: pro quibus hoc sacrificium laudis tue offerim⁹ maiestati: et presta. vt per hec sancta superne benedictionis gratiã obtineant et gloriã eterne felicitatꝫ acquirant. Per ỽ. Coio. Amen dico vobis quicq̃d orãtes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. In tp̃e pascha.

Diuina libã. Postcoio. Diuĩtes mysteria quesum⁹ dñe / vt hec salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatẽ et pacem: pro quorum quarũqꝫ dilectione hec tue obtulimus maiestati Per. In cõmemoratõe de sancto spiritu. Offĩm

S piri⁹ do spiritu. Offĩm imini repleuit orbẽ terrarũ alleluya: et hoc qđ cõtinet oia scientiã habet vocis alleluya all'a all'a. ps. Exurgat de⁹ et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui corda fideliũ sancti spiritus illustratione docuisti da nobis i eodẽ spiritu recta sapere: et de eius semper consolatiõe gaudere. Per. In vnitate eiusdẽ Lectio actuũ apostolorum. viij.

In diebus illis. Cũ audissẽt apostoli qui erãt hierosolymis: qꝛ recepisset samaria verbũ dei: miserunt ad eos petrum et iohannẽ. Qui cũ venissent: orauerũt pro ipis vt acciperent spiritũ sanctũ. Nondũ eni in quẽq̃ illorũ venerat. sed baptisati tantũ erant in nomine dñi iesu. Tũc iponebant manus sup illos et accipiebant spiritũ sctm̃. Gr. Beata gens cuius est dñs deus eorum populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ỽ. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum. Alleluya. ỽ. Veni sancte spũs reple tuorũ corda fidelium et tui amoris in eis ignẽ accẽde. In tẽpore pascha. alleluya. ỽ. Emitte spiritum tuum. et ij. allã. ỽ. Veni sancte vts. Secundum iohannem. xiiij

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis Si quis diligit me: sermonem meū seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū ve niemus: et mansionem apud eū faciemus. Qui nō diligit me: sermones meos nō seruat Et sermonē quē audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris Hec locutus sum vobis: apud vos manēs Paraclitus aūt spūssanctus quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa: et suggeret vobis oīa quecūq dixero vobis. Pacē relinquo vobis. Pacē meam do vobis Non quomodo mūdus dat: ego do vobis. Non turbet cor vestrū: neq formidet Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq quia vado ad patrē: quia pater maior me est. Et nūc dixi vob priusq fiat: vt cū factū fuerit credatis Jam non multa loquar vobiscū: venit eñ pinceps mundi huius: et in me non habet quicq. Sz vt cognoscat mundus qa diligo prēz: et sicut mādatū dedit michi pater: sic facio. Offr. Cōfirma hoc deus quod operatus es ī nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

MUnera quesumus domine oblata sanctifica: et corda nostra scti spūs illustratiōe emūda. Per dñm. In vnitate eiusdē. Prefatio. Qui ascendēs. non dicitur in hac prefatiōe. Hodierna die. nisi in ebdo. penthe. tantum Coio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erāt sedentes alleluya: et repleti sunt omnes spiritu sancto loquētes magnalia dei alleluya alleluya. Postcōmu.

SAncti spirit⁹ dñe corda nostra mūdet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. per do In vnitate eiusd. In cōmemoratiōe corporis xpi. Offm.

CIbauit eos ex adipe frumēti all'a: et de petra melle saturauit eos all'a all'a all'. ps. Exultate deo adiutori nrō iubilate deo

DEus qui nobis Orō. iacob. sub sacramēto mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue quesumus. ita nos corporis et sāguinis tui sacra mysteria venerari: vt redēptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus Qui viuis. j. Ad corinthios. xj. capit.

FRatres. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis quoniā dñs iesus xpus in qua nocte tradebat: accepit panem et gratias agens fregit et dixit Accipite: et manducate hoc est corpus meū quod p vobis tradet: hoc facite ī meā cōmemoratiōnē. Silr et calicē postq cenauit dicēs. Hic calix nouū testamētuz est in meo sāguine: hoc facite quotienscūq bibetis in meaz cōmemoratiōnē Quotienscunq enim manducabitis panem hunc et calicē bibetz mortem dñi annūciabitis donec veniat. Itaq quicūq manducauerit panem vel biberit calicē domini idigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autē

seipsum hō & sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui eñ mādu cat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit: non diiudicās corpus domini. Graduale. Oculi oīm in te sperant dñe: et tu das illis escā in tempore oportuno. V. Aperis tu manū tuam & imples omne aīal benedictione. Allā. V. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus: qui mādu cat meā carnē et bibit meū sāguinē i me manet et ego in eo. Scdm iohā. vi. c

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: & turbis iudeorū. Caro mea vere est cib⁹: et sāguis meus vere est potus. Qui mādu cat meam carnē & bibit meū sanguinē in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pr̄: et ego viuo propter patrē Et qui mādu cat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis: qui de celo descēdit Non sicut māducauerūt patres vestri māna in deserto: & mortui sunt. Qui manducat hunc panē: viuet ineternum. Offertorium. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo et non polluent nomen eius alleluya.

Secreta

Ecclesie tue quesumus domine vnitatis et pacis propicius dona cōcede que sub oblatis muneribꝰ mystice designantur. p do. Prefatio. Quia per incarnati. Coio. Quotienscūqz māducabitis panem hunc; et calicē bibetis mortē dñi annunciabitis donec veniat: itaqz quicunqz manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini allā.

Hac nos quesum⁹ Postcoio. domine diuinitatis tue sempiterna fruitiōe repleri: quā preciosi corporis et sanguinis tui tēporalis pceptio prefigurat. Qui viuis et regnas cū deo pa. Sciendū est q̄ missa de cruce dicit omi sexta fer. a Deus oīm vsqz ad aduētuz dñi: nisi festū. ix. lecti. īpediat vel oct. cū regimine chori: vl̄ dies octa. vel q̄ ex necessitate oporteat agere missā dñicalez: vel aliquod tale festuz triū lectio. qđ aliqđ propriū habet seruitiū. Si vero in sexta fer. aliqđ festū triū lec. euenerit vnde nullū ppriū habeatur seruitiū tūc est in dispositiōe cātoris dicere missaz de cruce vel nō. Cū vero sexta feria oīno a festo vacauerit & non oportet ex necessitate dicere missam dñicalem sēper īfra predictū tēpus dr̄ missa de cruce q̄uis oēs hore dicāt de feria: & nulla fiat mēoria d̄ missa dñicali. Tamen si oporteat dicere missā. Salus populi. oīno preter mittatur missa d̄ cruce. Ad missā de cruce. Officium

Nos aūt gl'iari oportet i cruce dñi nr̄i iesu xpi in quo est salus vita & resurrectio nostra per quē saluati & liberati sumus. In tpe pascha. all'a all'. ps. Deꝰ misereatur nostri & benedicat nobis illuīet vultū suū sup nos & misereat nostri. nō dicitur Glia in excel. Oratio

Deus q̄ vnigeniti filij tui domini nostri iesu xpi: p̄cioso sāguine viuifice crucis vexillū scificare voluisti: cōcede q̄s eos qui eiusdez

sancte crucis gaudēt honore: tua quoqȝ vbiqȝ protectiōe gaudere. Per eūd. Ad philippenses.ij.ca.

Fratres. Christus factus est pro nobis obediens vsqȝ ad mortem: mortē autē crucis: Propter qđ ⁊ deus exaltauit illū: ⁊ donauit illi nomē: quod est sup omne nomen vt i noīe iesu omne genu flectaṫ celestiuȝ terrestrium et infernorum. Et omīs lingua cōfiteaṫ: quia dn̄s noster iesus christus: i gloria est dei patris. Grad. Christus factus est pro nobis obediens vsqȝ ad mortem: mortem autem crucis. ℣ Propter quod ⁊ deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluya. ℣ Dulce lignum dulces clauos dulcia ferēs pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorū et dominū. In tēpore pascha. secundū. Alleluya. ℣. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu xpi. Secundum matheum. xx. cap.

In illo tempore. Ascendens iesus ierosolimaȝ: assumpsit duodeci discipulos suos secreto ⁊ ait illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolimā: ⁊ filius hoīs tradetur principib⁹ sacerdotum ⁊ scribis et condēnabunt euȝ morte. Et tradent eum gētibus ad illudendum: et flagellandū ⁊ crucifigēdum. Et tercia die resurget. Offr. Protege domine plebem tuā per signū sancte crucis ab oībus insidiis inimicorū oīm vt tibi gratā exhibeamus seruitutē ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrū. In tpe pascha. alleluya. Secreta.

Hec oblatio quesumus dn̄e ab oībus nos purget offensis: q̄ in ara crucis imolata: etiā totius mūdi tulit offensas. Per dominum nr̄m iesum christuȝ. Prefatio. Qui salutē. Coīo. Per lignū serui facti sum⁹ et per sanctā crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos filius dei redemit nos allā. et finiaṫ cū allā. quandocūqȝ dicitur nisi infra. lxx. vsqȝ ad pascha. Postcommunio

Adesto nobis domīe deus noster ⁊ quos sancte crucis letari facis honore: ei⁹ quoqȝ ppetuis defende subsidijs. Per dominum. Sāctus bonifacius [illegible] egrotauit vsqȝ ad mortem qui instanter petijt a deo vitam in hoc seculo sibi prolongari. Ad quem misit dominus sanctū raphaelē archāgeluȝ cū officio misse de quinqȝ vulneribus christi dicens ad papam Surge et scribe istud officiū et dicas ipsum quiqȝ vicibus: et continuo recipies sanitatē Et quicūqȝ sacerdos hoc officiuȝ deuote pro se vel pro alio egrotāte celebrauerit quiquies: hāc sanitatem ⁊ gratiam recipiet: et in futuro vitam eternaȝ possidebit si in bono perseueret. Et in quacunqȝ tribulatiōe homo extiterit in hoc seculo: si pcurauerit a sacerdote hoc officium quinquies pro se legi: sine dubio liberabiṫ. Et si pro aīa defuncti legatur statim postq̄ complete dictum fuerit scilicet quinquies a penis anima soluetur. Sāctus igitur bonifacius [illegible] hec audiens statim erexit se in loco quo iacuit īfirmatus: ⁊ ipsum

cōiurauit per oīpotentē deum vt absqz suo periculo recederet: & qs esset & ad quid venisset sibi continuo indicaret Qui stati dixit se esse archāgeluz raphaelē a deo sibi missum: & superius pnunciata p mittebat sine dubio fore rata. Sāctus tūc bonifaci⁹ papa offm ɔfirmauit ap̄lica auctoritate: tribuēs oībus vere cōfessis & contritis septimā partē remissiōis oim pctōꝝ suoꝝ qui illud deuote legerint quina vice. Et similiter illud p̄dictū offm legi procurātibus quadragita dies criminaliū & vnū annū venialuz i dn̄o relaxauit Incipit officium de quinqz vulneribus dn̄i nostri iesu christi

Creator et cōserua tor humani generis: dator gratie spūalis largitor eterne salutis tu dñe mitte bene ✠ dictionem tuā super hunc anuluz: vt q̄ illuz gestauerit: sit armata v̄tute celestis defensionis: & proficiat illi ad eternam salutem. Per xp̄m ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic dñe hunc anuluz quem nos in tuo sancto noīe bñdicimus: vt quecunqz eum portauerit in tua pace consistat & i tua voluntate permaneat: et in amore tuo viuat et crescat et senescat et multiplicetur in longitudinez dierum. Per dominum nostrum

Tunc aspgatur aqua benedicta super anulū. Deide accipiat spōsus anulū cum tribus digitis pricipalibus & docente presbitero incipiēs a pollice spōse dicat. In nomine patris. ad secunduz digitū et filij ad tercium digitū et spiritus sctī. ad quartū digitum Amē. et ibi dimittat eum scd̄m decretū xxx. q. v. ca. Femine ad finem. q: in medio digito est vena procedens vsqz ad cor: et in sonoritate argenti designatur interna dilectio: q̄ inter eos semp debet esse recens et dicat spōsus tenēs manū sponse docente sacerdote. vvyth thys ryng. y. the vved ād vvyth my body. y. the hono vvr. and vvyth all my goldi the endovve In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Tunc inclinatis capitib' eor dicat sacerdos benedictionē. Benedicti sitis a domino qui fecit mundum et nichilo. ℟. Amen. Tunc dicat iste ps.

Manda deus virtutem tuam confirma hoc deus qd̄ operatus es in nobis. A templo tuo quod est in hierusalez tibi offerēt reges munera. Increpa feras arundinis congregatio taurorū in vaccis populoruz: vt excludāt eos qui probati sūt argento. Gloria pr̄i. kyriel'. xp̄eleyson. kyriel'. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicamus patrem & filium cum sctō spiritu. Laudem' et superexaltemus eum in secula Laudemus dñm quem laudant angeli. Quē cherubin & seraphin sanct' sanct' sanctus proclamāt Domine exaudi orationē meam. Et clamor me' ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cuz spiritu tuo. Orem'. Oratio

Deus abraham deus ysaac deus iacob sit vobiscum & ipse vos cōiungat: impleatqz benedictionem suam in vobis Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti de'. Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus Bene ✠ dicat vos deus pater cu

stodiat vos iesus xp̃us illuminet
vos sp̃ussanctus: ostendatq; dñs
faciem suã in vobis ⁊ misereatur
vestri: cõvertat vultum suum ad
vos ⁊ det vobis pacẽ. Impleatq;
vos omni benedictiõe spirituali
in remissionem peccatorum vr̃o-
rum vt habeatis vitã eternã ⁊ vi
uatis i secula seculor. ℞. Amen.
Hic intrẽt in ecclesiã vsq; ad gra
dũ altaris ⁊ sacerdos in eũdo cu;
suis ministris dicat ps. Beati om
nes qui timẽt dñm qui ambulãt
sine nota cu; Gloria pr̃i. ⁊ Sicut
erat. kyriel. xp̃el. kyriel. tunc pro
stratis sponso et sponsa ante gra
du; altaris: roget sacerdos circũ-
stantes orare pro eis dicens. Pa
ter noster. Et ne nos. Sed libera
Saluu; fac seruum tuum et an-
cillam tuã. Deus meus sperãtes
in te. Mitte eis dñe auxilium de
sãcto. Et de syon tuere eos. Esto
eis dñe turris fortitudis. A facie
inimici. Dñe exaudi orationem
meã. Et clamor. Dñs vobiscum
Et cũ spiritu tuo. Oremus. Orõ.
Bene ✠ dicat vos dominus
ex syon: vt videatis que bo-
na sunt hierusalem. et videat' fi
lios filiorum vr̃orum et pace; su
per israel. Per xp̃m. Orem⁹. Orõ
Deus abraham de⁹ ysaac de-
us iacob bene ✠ dic adole-
scentes istos et semina semen vi-
te eterne in mẽtibus cor: vt quic
quid pro vtilitate sua dedicerint
hoc facere cupiant per iesum chri
stum filium tuũ recuperatorẽ ho
minum. Qui tecũ viuit. ⁊ cetera

℞. Amen. Oremus. Oratio.
Respice domine de celis ⁊ be
ne ✠ dic conuentionẽ istam: et si
cut misisti scm̃ angelũ tuũ rapha
elẽ ad thobiã ⁊ sarã filiã raguelis
ita digneris dñe mittere bñ ✠ di
ctionẽ tuã sup istos adolescentes
vt i tua volũtate pmancãt ⁊ i tua
securitate consistant: ⁊ in amore
tuo viuãt ⁊ senescãt ⁊ digni atq;
pacifici fiant ⁊ mltiplicent in lõ
gitudinem dierum. Per christu;
Respice dñe. Oremus. Orõ
Propicius super hunc famu-
lum tuũ: ⁊ super hanc famulã tu
am vt in noĩe tuo bene ✠ dictio-
nem celestẽ accipiãt: ⁊ filios filio
rum suorũ et filiarũ suaru; vsq;
in terciam et quartam progeni-
em incolumes videant: et in tua
voluntate perseuerent: ⁊ in futu
ro ad celestia regna pueniãt. Per
xp̃m dominũ. Oremus. Oratio.
Omnipotẽs et misericors de
us qui primos parentes no
stros adã et eua; sua virtute crea
uit ⁊ sua sãctificatiõe copulauit:
ipse corda et corpora vr̃a scti ✠ fi
cet et bene ✠ dicat atq; societate
et amore vere dilectionis coniũ-
gat. Per xp̃m. Deinde benedicat
Bene ✠ dicat eos dicens sic
vos deus omnipotens mo-
ni bñdictiõe celesti efficiatq; vos
dignos in cõspectu suo superabũ
det i vobis diuitias glẽ sue et eru
diat vos vbo vitat': vt ei corpore
pariter ⁊ mẽte placere valeat'. ℞.
Amen. Finit' oronib⁹ predictis
introductisq; illis in presbyteriũ

scilicet inter chorū & altare ex par
te australi ecclesie: & statuta mulie
re ad dexterā viri videlicet inter
ipsum & altare incipiat missā solē
niter de trinitate. Offiū
b Enedicta sit sācta trini
tas atq3 indiuisa vnitas
cōfitebimur ei q2 fecit nobiscum
miam suā. In tempore pascha.
alleluya alla. Ps Benedicamus pa
trem & filium cū sancto spiritu. non di
citur vlteri⁹ Kyrie. cū suis vs. dici
tur. Ad hāc missā seruet modus &
ordo p oia q i dupl' fest. Glia in ex.
Iste due orōnes dicūtur sub vno
oremus et sub vno Per dominū.
Omps sempiterne Oratio.
deus qui dedisti famulis tu
is in cōfessione vere fidei eterne
trinitatis gloriā agnoscere: & in
potentia maiestatis adorare vni
tatem: quesumus. vt eiusdem fi
dei firmitate: ab omnibus semper
muniamur aduersis. Oratio.
Exaudi nos omps & misericors
deus: vt quod nostro mini
stratur officio tua benedictione
potius impleatur. Per. Ad cori
Fratres. Nescit' thios. vi.
quoniā corpora vestra mē
bra sunt christi: Tollēs ergo mē
bra xpi faciam membra meretri
cis: Absit An nescitis qm qui ad
heret meretrici vnum corpus effi
cit: Erūt eni inquit duo in carne
vna. Qui autē adheret deo: vn⁹
spiritus est. Fugite fornicationē
Omne eī peccatū quodcunq3 fe
cerit homo: extra corpus est. Qui
autē fornicatur: in corpus suum
peccat An nescit' qm corpora ve
stra templū sunt spiritus sancti
qui i vobis est: quē habetis a deo
et nō estis vestri: Empti eni estis
precio magno: glorificate et por
tate deū in corpore vro. Gradua
Benedictus es domine qui intueris abys
sos et sedes super cherubin. vs Benedi
cite deo celi: quia fecit nobiscū miam su
am. Alla. vs Benedictus es domine de
us patrū nostrorum: et laudabilis in se
cula. Si in tempore paschali con
tigerit secundū Alleluya. erit vnū
de ebdo. pasche vl' vnū d illis que
scribuntur post offm Quasi modo
Alma chorus Sequentia.
dñi nunc pāgat nomina sū
mi. Messyas sother emanuel sa
baoth adonay Est vnigenit⁹ via
vita manus homousyon. Princi
pium primogenitus sapiētia vir
tus Alpha caput finisq3 simul vo
citatur & est oo. Fons et origo bo
ni paraclitus ac mediator. Agn⁹
ouis vitulus serpēs aries leo ver
mis. Os verbū splēdor sol gloria
lux & imago. Panis flos vitis mōs
ianua petra lapisq3. Angelus et
sponsus pastorq3 propheta sacer
dos. Athanatos kyrios theon pā
thon craton & ys⁹ Saluificet nos
Sit cui secla Per oia dora. Secū
In illo tē dū matheum. xix
pore. Accesserunt ad iesum
pharisei: tentantes eum et dicen
tes. Si licet homini dimittere vxo
rem suā quacūq3 ex causa: Qui
respondens: ait illis. Nō legistis
quia qui fecit hoīem ab initio: ma
sculū & feminam fecit eos: & dixit

eis. Propt hoc dimittet hõ patrẽ et matrẽ ⁊ adherebit vxori sue et erunt duo in carne vna. Itaq̧ iã nõ sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus cõiunxit: homo non separet. Credo. Offertoriũ. Benedictus sit pater vnigenitusq̧ dei filiꝰ: scũs quoq̧ spũs: q̄ fecit nobiscũ miãm suam In tpe paschali Alleluya Nota q̄ odor thuris benedicti nũq̄ datur i ecclesia spõso ⁊ sponse. Inde est q̄ oblato thure ⁊ benedicto super altare si ðscēdat thuribulũ ad clericos vel ad laicos: aliud thus est apponendũ ⁊ clericis vel laicis offerendũ. Secreta

Sanctifica q̄s dñe deus trinitas sãcta per tui sancti nõis inuocationez huiꝰ oblationis hostiã et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternũ. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris et hãc oblationem quaz tibi offerimus pro famulis tuis quos ad statũ maturitatis ⁊ ad diẽ nuptiarum perducere dignatus es: placatus ac benignus assume Et finiatur sub vno Per ð. Prefatio Qui cũ vnige. Post Sãctus prosternant se sponsus ⁊ sponsa i oratione ad gradũ altaris et tento pallio sup eos: quod teneãt quattuor clerici i superpelliciis ad quattuor cornua: nisi alter eorum vel ambo prius desponsati fuerint ⁊ benedicti: quia tunc nõ habetur palliũ super eos: neq̧ sacramẽtalis benedictio. Deinde dicto. Per omia scl'a sclorũ. ⁊ ℞. Amẽ. post Pater noster. anteq̄ dicit. Pax domini. facta fractiõe eucaristie more solito dimissaq̧ hostia i tribus fractionibus super patenaz dicat sacerdos conuersus ad illos sequẽtes oratiões sub tono lectionis illis interim genu flectentibus sub pallio hoc modo Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Oremꝰ Orõ

Propiciare dñe supplicationibus nostris ⁊ institutis tuis quibus propagationem humani generis ordinasti benignꝰ assiste: vt quod te auctore coniungitur te auxiliãte seruetur. Per xp̄z Oratio Oremus

Deus qui potestate virtutis tue de nichilo cũcta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordiis homini ad imaginẽ dei facto ideo inseparabile mulieris adiutoriũ cõdidisti vt femineo corpori de virili dares carne principiuz docens quod ex vno placuisset institui: nũq̄ liceret disiungi. Caueat sacerdos de ista clausula.

Deus qui tam excellẽti mysterio coniugalem copulam ↄsecrasti: vt christi et ecclesie sacramentũ presignares in federe nuptiarũ. ne dicat i secundis nuptiis vsq̧. Deus per quem. vt patet inferius. Oratio

Deus per quẽ mulier iungitur viro et societas principaliter ordinata: ea bene ✠ dictiõe donatur: q̄ nec sola per originalis peccati penam nec per diluuii est ablata sentẽtiã: respice quesumus propicius super hanc famulam tuam: que maritali iungẽda cõsortio: tua se expetit ꝓtectione

muniri. Sit in ea iugū dilectiōis et pacis: fidel' ⁊ casta nubat i christo: imitatrixq3 sāctarū permaneat feminarū. Sit amabilis vt rachel viro sapiens vt rebecca: lōgeua ⁊ fidelis vt sara. Nichil in ea ex actib⁹ suis ille auctor preuaricationis vsurpet: nexa fidei mādatisq3 permaneat vni thoro iuncta: cōtact⁹ illicitos fugiat: muniat infirmitatē suam robore disciplinē. Sit verecundia grauis: pudore venerabilis doctrinis celestib⁹ erudita: sit fecūda in sobole: sit pbata ⁊ innocēs: et ad optatam perueniat senectutē: et videat filios filiorū suorū vsq3 in terciam ⁊ quartā progeniē: ⁊ ad beatorum requiē atq3 ad celestia regna perueniat. Per. Notandū est q̄ hec clausula in oratione predicta scilicet **Deus qui tam excellenti.** vsq3 ad **Deus per quem mulier.** nō dicit in secundis nuptijs vt superius dictuz est. Uir enim aut mulier ad bigamiā transiēs: non debet iterū a sacerdote benedici: quia cū alia vice benedicti sit eorū benedictio non debet iterari quia caro bñdicta trahit ad se carnem non benedictū ⁊ in titulo de secundis nuptijs inhibitum est et per decre. xxx. q. i. Hāc ratione bñdictio nō dat in secundis nuptijs quod testat beatus ambrosius sic Prime nuptie a dño sūt constitute: secūde vero sūt permisse. Prime aūt sub omni benedictione celebrantur: secūde vero carent aliqua benedictiōe. Sed cū plures benedictiōes sint in nuptijs celebran. s. in introitu cho. sub pallio post missaz ⁊ super thorū in sero: querit que benedictio sit iteranda in secūdis nuptijs et que non. Dicendū est q̄ in hac oratione **Deus qui potestate virtut' tue** sunt tres benedictiones q̄ idem habent principiū. s. **Deus.** media aūt est omnino omittēda i secūdis nuptijs scilicet ista. **Deus qui tā excellēti mysterio coniugalē copulam consecrasti: vt christi et ecclesie sacramentum p̄signares in federe nuptiarū.** vt s. quia in ista benedictione agitur de vnitate christi ⁊ ecclesie: quod figuratur in primo matrimonio: nō aūt in secundo Unde apostolus ad corinthi. vi **Erūt duo i carne vna** ⁊ extra de bigamis cap. **Debitū / vnius vxoris vir.** Sed qui adheret plurib⁹ dissoluit vnitatē vel fedus vnitatis: ⁊ ideo bñdictio que agit de vnitate scilicet. **De⁹ qui tā excel.** nō dicitur in secūdis nuptijs. Et hoc est verū tā pro viro bigamo q̄ p muliere vidua quia caro benedicta trahit ad se carnē nō benedictā. Sed omēs alie benedictiones indifferenter debent dici secundū romanā ecclesiam et secundū ostiensem et secundum thomam de aquino et morardū doctorem. Et sciendū est q̄ ista questio discussa fuit ⁊ determinata i sacro palatio. [illegible] translatas i angliā per magistrū iohānē haystede. Anno dñi millesio. ccc xxi. et causa discussiōis erat quia

multitudo sacerdotum tūc tēpo
ris ad sedem apostolicam cōuola
uerūt causa obtinēdi absolutio-
nis beneficiū & pro būdictionib⁹
in secūdis nuptijs idiscrete colla
tis. Ideo superstatuitur hec no-
ua constitutio iohānis pape. xxij

Concertatio que sic incipit
Cum antiq̄ finem iponere cu-
pientes: p̄senti declaramus edicto
q̄ licet vir et mulier ad bigamiā
vel ad secundas nuptias transie
rit: benedici non debēt: cū fuerit
alias benedicti. Quod si forsā al-
ter eorū vel ambo essēt ad secūdas
nuptias trāsituri: & i primis nup
tijs benedicti non fuerint: dāda
est eis benedictio in secūdis nup-
tijs. Sane volentes antiquū ri-
gorem temperare concedimus q̄
presbyter qui secundas nuptias
benedixerit scienter: ad sedē apo-
stolicam ex hoc venire minime te
neat̄ sed a pena suspensionis hoc
casu a iure īdita per suos potest
diocesanos absolui. Si qui vero
iuxta opinionē quorūdam hacte
nus reputātes se esse suspēsos: or
dines quoslibet seu quevis bene-
ficia receperit diocesani eorū a pe
na suspēsionis predicte ipsos ab
soluere: ac super executione ordi-
nū & retētione būficiorū huiusmo
di cum eis valeant licite dispēsa-
re. Hic queri potest quare secūde
nuptie nō benedicuntur? Ad hoc
dico: q̄ secundū matrimonium
q̄uis in se consideratū sit perfec-
tum sacramentum: tamen i ordi
ne ad primū sacramentū cōside-
ratum aliquid habet defectū sa-
cramenti: q2 nō habet plenam si-
gnificationem cū non sit vnani-
mis vnius sicut est i matrimonio
christi & ecclesie: & ratione hui⁹ de
fect⁹ būdictio a secūdis nuptijs
subtrahitur. Sed hoc intelligen-
dū est quādo secūde nuptie sūt se
cunde ex parte viri & ex parte mu
lieris vel ex parte mulieris tm̄.
Si enī virgo ɔtrahat cū illo q̄ ha-
buit aliā vxorē: nichilomin⁹ nu-
ptie būdicunt̄. Saluatur et alio
modo significatio etiā in ordine
ad primas nuptias: q2 christ⁹ & si
vnā ecclesiā habet: habet tamen
plures p̄sonas despōsatas in vna
ecclesia. Sed aīa non potest spō-
sa alteri⁹ esse q̄ christi: quia cum
demone fornicat̄. nec est matri-
moniū spūale: & propter hoc quā
do mulier secundo nubit nuptie
nō benedicūtur propter defectū
sacramenti. Post hec vertat se sa
cerdos ad altare & dicat. **Pax dñi.**
et **Agnus**. more solito. Tunc sur-
gant ab oratione sponsus et spō-
sa: et accipiat spōsus pacem a sa-
cerdote & ferat spōse osculās eā:
& neminē alium nec ipse nec ipsa
sed cleric⁹ statim a presbytero pa
cem accipiēs proferat alijs sicut
solitum est. Cōio. **Benedicimus de
um celi et coram oībus viuentibus confi
tebimur ei: q2 fecit nobiscū mīam suam**
In tēpore paschali. **Alleluya all'a.**

Proficiat nobis Postcom.
**ad salutem corporis et ani-
me dñe deus huius sacramēti su-
sceptio: & sempiterne sācte trini-**

tatis eiusdem indiuidue vnitat7 confessio. Alia postcoio sub vno. Orem⁹. et sub vno. Per dominū
Quesumus oīs deus instituta puidentie tue pia amore comitare. vt quos legitima societate cōnectis: lōgeua pace custodias. Per. Post missam benedicatur panis et vinū vel aliquod bonū potabile i vasculo et gustēt in noīe dn̄i: sacerdote dicēte. Dominus vobiscū. Et cū spiri. Orem⁹.
Bene ✠ dic dn̄e istum Orō. panem et hunc potū et hoc vasculū sicut bn̄dixisti quinq3 panes in deserto: ₇ sex ydrias in chana galilee: vt sit sani ₇ sobrij atq3 inmaculati oīs gustātes ex eis: saluator mundi. Qui viuis et regnas cū deo patre i vnitate spūs sancti deus. Per. Nocte vero sequente cum sponsus ₇ sponsa ad lectu3 peruenerint accedat sacerdos ₇ benedicat thalamū dicens Dn̄s vo. Et cu3 spiri. Orē⁹. Orō.
Bene ✠ dic dn̄e thalamū istū et oēs habitātes in eo: vt in tuā pace consistant ₇ in volūtate tua permaneant: et in tuo amore viuant et crescāt et multiplicētur in longitudinē dierū Per xp̄3 Bn̄dictio super lectū tm̄ cum Dominus vobiscū. Et cū. Oremus.
Bene ✠ dic dn̄e hoc Oratio. cubiculu3 qui non dormis neq3 dormitas qui custodis israel custodi famulos tuos i hoc lecto quiescētes ab oībus fantasmaticis demonū illusionibus custodi eos vigilantes: vt in p̄ceptis tuis meditētur dormientes: vt te per soporem sentiant ₇ hic ₇ vbiq3 defensionis tue muniātur auxilio. Per do. Deīde fiat benedictio super eos in lecto cū Oremus Orō.
Bene ✠ dicat deus corpora vestra ₇ animas vestras et det sup vos bene ✠ dictionem sicut benedixit abraham ysaac ₇ iacob. ℟ Amen. Alia dicitur bene dictio cum Oremus
Manus domini sit super vos: mittatq3 angelum suum sanctū qui custodiat vos omibus diebus vite vestre. ℟ Amen. Item alia benedictio super eos cum Oremus
b Bene ✠ dicat vos pater ₇ filius ₇ spiritus sanctus: qui trinus est in numero et vnus est i nomine. ℟ Amen. His peractis aspergat eos sacerdos aqua benedicta ₇ sic discedat ₇ dimittat eos in pace. Benedictio panis in diebus dn̄icis Inp̄rimis legat sacerdos euangeliū In principio erat et postea dicatur. ℣ Sit nomē dn̄i benedictum. Ex hoc nunc et vsq3 in seculum. Benedicam⁹ domino. Deo grās. Deinde dicat. Dn̄s vobiscū. Et
b cum spū tuo. Orem⁹ Orō.
Bene ✠ dic domine creaturam ista3 panis sicut benedixisti quinq3 panes in deserto: vt omēs gustātes ex eo ta3 corporis q̄ anime recipiant sanitatē. In nomine patris ₇ filij ₇ spiritussancti amē. Hic aspergat sacerdos aquā bn̄dicta3 super panem. Benedictio mulieris post partū ante itroitū eccl'e. Inp̄rimis dicat sacerdos

hos ps. Leuaui oculos Beati omnes. Gloria. Kyrie eleyson. Xpe eleyson. Kyrie eleysõ. Pater noster. Et ne. Sed libera nos. Dñe saluã fac ancillã tuam. Deus meus sperãtem in te. Mitte ei auxiliũ de sancto. Et de syon tuere eam. Esto ei domine turris fortitudinis a facie inimici. Domine exaudi orationem. Et cla. Dñs vobiscum. Oremus.

Deus qui hanc famulam tuam de pariendi periculo liberasti et eã in seruicio tuo deuotã esse fecisti concede vt temporali cursu fideliter peracto sub alis misericordie tue vitã perpetuam et quietam consequatur. p Tũc aspergatur mulier aqua benedicta a sacerdote dicẽte Asperges. Deinde inducat eã sacerdos per manũ dexterã i ecclesiã: dicẽdo. Ingredere i tẽplum dei vt habeas vitã eternã et viuas in secula seculorum. Amẽ. Ordo ad seruitium peregrinorum. In primis dicũtur ps. sequẽtes super illos coram altari pstratos postq̃ cõfessi sũt hoc modo incipiens. Psalmus.

Ad te dñe leuaui aiam meã deus meus in te confido nõ erubescam. Neq3 irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te non confundẽtur. Cõfundãtur oẽs iniqua agẽtes supuacue. Vias tuas dñe demonstra michi: et semitas tuas edoce me: Dirige me in veritate tua et doce me: q3 tu es deus saluator meus/ et te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarũ domine: et misericordiarum tuarum que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee: et ignorãtias meas ne memineris. Secũdum miam tuam memento mei tu: propter bonitatẽ tuam domine. Dulcis et rectus dominus: propter hoc legẽ dabit delinquẽtibus in via. Diriget mãsuetos i iudicio: docebit mites vias suas. Uniuerse vie dñi mia et veritas: requirentibus testamentũ eius et testimonia eius. Propter nomen tuũ dñe propiciaberis peccato meo: multũ est eni. Quis est homo q̃ timet dñm: legẽ statuit ei in via quã elegit. Anima eius i bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terrã. Firmamentũ est dñs timẽtibus eum: et testamẽtum ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei sẽper ad dominũ: qm̃ ipse euellet de laqueo pedes meos Respice in me et miserere mei: q3 vnicus et pauper sũ ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Uide humilitatẽ meam et laborem meũ: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice iimicos meos quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi aiam meã et erue me nõ erubescam: quoniam speraui in te. Innocẽtes et recti adheserũt michi: q3 sustinui te. Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis.

Miserere mei deus ps. Gloria. Misecundum magnã misericordiam tuam. Et secundũ multitudinem miserationum tuarũ dele iniquitatẽ meam. Amplius

laua me ab iiquitate mea: & a pec cato meo munda me. Qm iniqui tatē meā ego cognosco: et pecca tum meū cōtra me est sēper. Tibi soli peccaui et malū corā te feci: vt iustificeris i sermonibus tuis / & vincas cum iudicaris. Ecce eni in iniquitatibus cōceptus sū: & i peccatis concepit me mater mea. Ecce eni veritatē dilexisti: incer ta & occulta sapientie tue manife stasti michi. Asperges me dñe ysopo & mūdabor: lauabis me et sup niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū et leticiā: et exulta bunt ossa humiliata. Auerte fa ciem tuam a peccatis meis: & om nes iniquitates meas dele. Cor mundū crea in me deus: & spiritū rectum innoua in visceribus me is. Ne proiicias me a facie tua: et spiritū sāctum tuū ne auferas a me. Redde michi leticiam saluta ris tui: & spiritu principali cōfir ma me. Docebo iniquos vias tu as: & impij ad te cōuertantur. Libera me de sanguinibus deus deus sa lutis mee: et exultabit ligua mea iusticiā tuā. Dñe labia mea aperi es: & os meū ānūciabit laudē tuā. Qm si voluisses sacrificiū dedis sē: vtiq3 olocaustis nō delectabe ris. Sacrificiū deo spūs ꝯtribula tus: cor contritū & humiliatū de9 nō despicies. Benigne fac dñe in bona volūtate tua syon: vt edifi cētur muri hierlm. Tūc accepta bis sacrificiū iusticie oblatiōes et olocausta: tūc imponent super al tare tuum vitulos. Gloria pa. Ps.

Qui hitat in adiutorio altissi mi. i protectione dei celi cō morabitur. Dicet dño susceptor me9 es tu: & refugiū meū de9 me us sperabo in eū. Qm ipse libera uit me de laqueo venantium: & a verbo aspero. Scapulis suis obū brabit tibi: & sub pennis ei9 spera bis. Scuto circundabit te veritas eius: nō timebis a timore noctur no. A sagitta volante in die. a ne gocio perābulante i tenebris ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille & decē milia a dextris tuis: ad te aūt nō appropiquabit. Verūtamē ocu lis tuis cōsiderabis: et retributio nem peccatorū videbis. Quoniā tu es dñe spes mea: altissimū po suisti refugiū tuum. Non accedet ad te malū: & flagellū non appro pinquabit tabernaculo tuo. Qm angelis suis mādauit de te: vt cu stodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabūt te: ne for te offendas ad lapidē pedem tuū. Super aspidē & basiliscū ambula bis & conculcabis: leonem et dra conem. Qm i me sperauit libera bo eum protegā eum qm cogno uit nomen meum. Clamauit ad me & ego exaudiā eū: cū ipso sum in tribulatione / eripiā eū & glori ficabo eū. Longitudine dierum replebo eū: & ostendā illi salutare meū. Gloria. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater noster. Et ne. Sed libera. Ego dixi dñe miserere mei. Sa na aiam meā q2 peccaui tibi. Vi as suas dñs demonstret tibi. Et

semitas suas edoceat te. Gressus tuos dirigat domin⁹ secundum eloquium suũ: vt nõ dominetur tui omnis iniusticia. Utinam di rigantur vie tue: ad custodiẽdas iustificationes domini. Perficiat dominus gressus tuos in semitis suis: vt non moueantur vestigia tua. Benedictus dñs die quotidie: prosperũ iter faciat tibi deus salutarium nostrorum. Angelus bonus comitetur tecum: et bene disponat itinera tua et act⁹ tuos vt iterum cum gaudio reuertarꝫ ad propria. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. Nichil proficiat inimicus in te: et filius ĩiquitatis non apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos: ꝛ libera nos propter nomen tuum. Domĩe deus virtutum cõuerte nos: et ostẽde faciem tuam et salui erimus. Domine exaudi orationem meam: ꝛ clamor me⁹ ad te veniat. Domin⁹ vobiscũ: et cum spiritu tuo. Oremus. Orõ.

Adesto dñe supplicatiõibus nr̃is ꝛ viam famuli tui in salutis tue ꝓsperitate dispone: vt inter oẽs vie et vite huius varietates: tuo sẽper protegatur auxilio. Deus. Or. Per. x. Oremus.

Qui ad vitã ducis ꝛ confidẽtes ĩ te paťna ꝓtectiõe custodis: q̃s. vt his p̄ñtib⁹ famulis tuis. N a nobis egrediẽtib⁹: angelicũ tribuas comitatũ: vt auxilio tuo ꝓtecti/ nullius mali concutiantur formidine: nullo ꝯprimantur aduersitatis lãguore nulli⁹ irruẽtꝫ inimici molestenť ĩsidijs: sed spacijs necessarij itinerꝫ ꝓspero gressu peractis: proprijsqꝫ locis restituti: et recipiãť sospites/ ac debitas exoluãt tuo nomi gratias. Per. x.

Deus qui di Or. Oremus: Ligentib⁹ te miam tuã semper impendis et a seruientibus tibi ĩ nulla es regione lõginquus: dirige viam huius famuli tui. N in voluntate tua vt te protectore te perducẽte per iusticie semitas sine offensione gradiatur. Per. x.

Hic surgant peregrini a ꝓstratione. Et sequať benedictio pere et baculi hoc modo. Dominus vobiscum. et Oremus. Orõ.

Domine iesu xp̄e qui ineffabili tua miseratione ac patris iussione spiritusqꝫ sãcti cooperatione de celo descẽdere: ouẽqꝫ perditam diabolica seductiõe voluisti querere: atqꝫ proprijs humerꝫ ad celestꝫ patrie gregẽ referre: quiqꝫ p̄cepisti filijs matris ecclie: orando petere/ bene viuẽdo querere/ ac pulsando perseuerare: vt cit⁹ inuenire valeanť salutaris p̄mia vite te humiliter inuocam⁹/ quatenus sanctificãdo bene ✠ dicere digneris has peras vel hanc perã ꝛ hos baculos vel hunc baculum: vt quicũqꝫ ea pro tui nois amore ad istar humilis armature: lateri suo vel lateribus suis applicare: atqꝫ suis collis suspendere siue ĩ manibus suis gestare: sicqꝫ peregrinãdo suffragia sctõꝝ humili comitante deuotione studuerint querere: dextere tue ꝓtecti muni

mine: puenire mereātur ad gaudia visionis eterne. Per te saluator mundi. Qui viuis et reg. Hic aspergatur aqua benedicta et ponat sacerdos collo pegrini per ā dicens.

In nomine domini nostri iesu christi accipe hāc peram: habitum peregrinatiōis tue: vt bene castigatus et saluatus peruenire merearis ad limina sāctorum quo pergere cupis et peracto itinere tuo: ad nos reuertaris incolumis. Per eundē. Et sic fiat aliis si sint plures Hic tradat vni dicēs.

Accipe hūc baculum sustentationis itineris ac laboris peregrinationis tue: vt deuicere valeas oēs cateruas inimici: et peruenire securus ad limina sanctorū quo pergere cupis: et peracto obediētie cursu ad nos iterum reuertaris cum gaudio. Per christum do. Et sic dicat aliis si sint plures benedictio crucis pergentis hierusalem cū. Dominus vobiscū. Et cum. Oremus. Oratio.

Deus inuicte potētie pietatis imense / atqz peregrinantiū totius consolationis auxiliū: qui famulis tuis inuictissima arma tribuis qs hāc crucem deuote humilitatis bene✠dicere digneris: vt venerande crucis vexillū cuius in eo est designata figura sit inuictissimū robur serui tui cōtra hostis antiqui nequissima tētamenta: sit i via defensio / sit in domo tua protectio / sit nobis vbiqz presidiū. Per dominū nostrū. Hic aspergatur aqua benedicta super vestem. Deinde si aliquis eorū profecturus est hierusalem detur ei vestimētū cruce signatum: sacerdote dicente.

Accipe vestimētum cruce domini saluatoris nostri signatū / vt per illud salus / bñdictio et virtus: prospere proficiscendi ad sepulchrum eius tibi comitetur. Qui cum deo patre. Et sic faciat aliis si sint plures. Cōbustio crucis in carne peregrinis euntibus hierusalē prohibitū est in lege secundum iura canonica sub pena excōmunicationis maioris. His finitis dicitur missa pro iter agētibus more simplicis fes. ix. lectō.

Esto michi i deū. Offm. protectorem et in locum refugii: vt saluū me facias qm̄ firmamentum meū et refugiū meum es tu: et propter nomē tuū dux michi eris et enutries me. In tēpore paschali Alleluya alleluya. ps. In te domine speraui non cōfundar in eternum: i iusticia tua libera me et eripe me. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris: et viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: vt inter oēs vie et vite huius varietates: tuo semp protegantur auxilio. Per dominū nostrum. Lectio libri genesis.

In diebus illis: Locutus est abrahā: dicēs. Dñs deus celi q tulit me de domo patris mei: et de terra natiuitatis mee q locutus ē michi / et iurauit dicens. Semini tuo dabo terram hanc: ipse

mittet angelū suū corā te. Gr.
Esto michi in deū protectorē et in locū
refugii vt saluum me facias. ℣. In te
speraui domine non confundar in eter-
num. Repetatur gradua. Alleluya
℣. Qui timent dominū sperent in eum
adiutor et protector eorum est. Si tē
pore paschali contigerit hoc ser-
uitiū: tunc dicitur secundū Alla.
vnū ex illis q̄ scribuntur post offi
cium: Quasi modo geniti. Scdm

In illo matheum .x. capitu.
tēpore: Dixit iesus discipu-
lis suis. Euntes predicate dicen
tes: quia appropinquabit regnū ce
lorum. Infirmos curate: mortu
os suscitate/ leprosos mundate/
demones eiicite gratis accepistis:
gratis date. Nolite possidere aurū
neqz argentum: in zonis vestris.
Non peram: non calciamēta ne
qz virgam: neqz duas tunicas ha
beatis. Dignus est enim operarius:
mercede sua In quancūqz ciuita
tem intraueritis: interrogate quis
in ea dignus sit. Et ibi manete: do
nec exeatis Intrātes aūt domū:
salutate eā dicētes. Pax huic do-
mui. Et siquidē illa domus fuerit
digna: maneat pax vestra sup eā
Si autem non fuerit digna: pax
vestra ad vos reuertetur. Et qui
cūqz non receperit vos: nec audie
rit sermones vestros: exeūtes de
domo vel de ciuitate: excutite pul
uerem de pedibus vestris super eā.
Amē dico vobis tolerabilius erit
terre sodomorū et gomorreorum
in die iudicii q̄ illi ciuitati. Offer.
Sperant in te omnes: qui nouerunt no
men tuū domine: quoniam non derelin
quis querētes te: psallite domino qui ha
bitat in syon quoniā non est oblitus ora
tionē pauperū. In tempore pascha.
Alleluya. Hic offerant peregrini.

Propiciare quesu- Secre.
mus domine supplicationi
bus nostris et has oblatiōes quas
offerimus pro famulo tuo beni-
gnus assume: viāqz illius precedē-
te gratia tua dirigas: et subsequē
te comitare digneris: vt de actu
atqz icolumitate eius secundū mi-
sericordie tue psidia gaudeamus.
Per dominū. Cōmunio. Tu mā
dasti mandata tua custodiri nimis vti-
nam dirigantur vie mee ad custodiēdas
iustificationes tuas. In tempore pa
schali. alleluya alleluya. Postcō.

Sumpta q̄s dn̄e celestis my
sterii sacramēta ad prospe-
ritatem itineris famulorum tuo
rum proficiant: et eos ad saluta-
ria cuncta perducant. per domi
num nostrum iesum christum fi.
Post missā dicat sacerdos has se
quētes orōnes super peregrinos
prostratos corā altari: siue profe
cturi fuerint ad hierusalē siue ad
sācti iacobi limina vel ad aliā pe-
regrinationē cū. Dn̄s vo. Orēus.

Deus infinite mie et. Orō.
maiestatis immense: quem
nec spacia locorum: nec interualla tē
porum ab his quos tueris adiun
gūt: adesto famulo vel famulis
tuo vel tuis in te vbiqz confiden
ti vel cōfidētibus et psta: vt p oēm
quā iturus vel ituri est vel sūt viā
dux ei vel eorum et comes esse digne

tis nichil ei vel eis aduersitatis noceat: nichil difficultatis obsistat: cuncta ei vel eis sint salubria cũcta sint et prospera vt sub ope dextere tue quicquid iuste petierit vel petierit desiderio celeri et prospero cõsequatur effectu. Per. x. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne. Oratio. Deus qui es via veritas et vita: iter vestrũ vel tuũ i beneplacito suo disponat: angelũ suũ raphaelem in hac peregrinatione vestra vel tua custodẽ adhibeat qui ad loca desiderata cũ pace eundo perducat: et cũ salute iterũ ad nos redeundo reducat. Sit interuentrix tua vel vestra beata dei genitrix maria cum vniuersis ãgelis et archãgelis patriarchis quoque et prophetis. Sint itercessores tui vel vestri scti apostoli petrus et paulus cũ ceteris apostolis martyribus confessoribus atque virginibus obtineantque tibi vel vobis sãcti quorũ queris vel queritis suffragia cum oĩbus sãctis iusta desideria et prosperitatẽ: remissionẽque oĩum pctorum: ac vitam eternam. Per eundẽ do. Deinde cõmunicẽtur: et ita recedãt i noĩe dñi. Sciẽdũ est quod quotidie per aduẽtum dñi quando chorus non regitur vsque ad vigiliam natiuitatis et ab oct. epyphanie vsque ad. iiii. feriã ãte pascha et a crastino sancte trinitatis vsque ad aduentũ dñi ante terciã dicitur missa i capitulo pro fidelibus defunctis cũ diacono et subdiacono albis cũ amictibus indutis tantũ: nisi precedẽte die festũ duplex vel octa. cũ regimine chori cõtigerit: tunc enim nulla erit missa pro defunctis i capitulo: et nisi quãdo corpus adest presens: et etiam i anniuersariis episcoporum: tũc enim ad altare autenticum aliquãdo dicitur missa aliquãdo ad alia altaria iuxta quod corpora eorum requiescũt humata. Item nulla feria i paschali tẽpore dicitur missa capitularis pro defunctis: nisi fuerit corpus presens vel ãniuersarium vel aliquod trigintale. Ad missam. Officiũ.

Requiem eternam dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalẽ: exaudi orationẽ meam ad te omnis caro veniet. Nota quod ad qualibet missã que pro corpore presenti celebratur cuiuscũque fuerit nisi pro rege vel regina vel alio magno dño quinque dominorũ. Prima oratio. Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuã supplices deprecamur: vt animã famuli tui. Secunda oratio. Deus qui inter apostolicos. Tertia oratio. Deus venie largitor. Quarta oratio. Omnipotens et misericors deus vnica salus mortaliũ. Quinta oratio. Fidelium deus. Infra trigintale quinque dicũtur orationes. Prima oratio. Deus cui proprium. Minor et cetere orõnes vt supra pro corpore presenti. Item i trigesima die omnes orationes dicuntur vt infra trigintale. In omnibus anniuersariis quinque

dicuntur orõnes. Prima orõ. **De
us indulgẽtiar.** Ceteře vt š. pro
corpore pñte. In ãniuersarijs
tñ simplicibus cuiuscũqз canonici
vel cuiuscũqз alterius orõ sic pro
nunciet. **Deus indulgẽtiarũ dñe
da aĩab⁹ fa.** Si missa pro corpo-
re pñti vel ãniuersariũ cuiuscũ
qз fuerit ĩfra trigintale celebret:
prima orõ pro corpore pñti vel
ãniuersario dicitur: secunda pro
trigintali orõ. **De⁹ cui pro. mĩor.**
Tercia **Deus q̃ iter ap.** Quarta.
De⁹ venie largitor. Quita. **Fide
lium.** quãdo aũt dicitur missa fe-
rialis ĩ capitulo p defunctis tres
dicuntur orõnes prima. **Deus q̃
inter aposto.** Secunda **Deus ve-
nie largitor.** Tercia. **Fideliũ de⁹**
Quãdocumqз corpus est presẽs ⁊
in ãniuersarijs episcopor ⁊ deca
norum ecclĩe postq̃ executor offi
cij in inceptione misse altare thu
rificauerit: diaconus cum thuri-
bulo accedat ⁊ corpus illud ĩ fere
tro vel in tũba incenset: similiter
ante euãgelium dũ tract⁹ canit ĩ
censato pri⁹ altari: ⁊ tercio postq̃
sacerdos sacrificiũ ante lotionẽ
loco suo dispositũ thurificauerit
idẽ diacon⁹ thurificet sicut pri⁹:
nõ circũ eũdo corp⁹ in feretro vel
tũbã: sed ex vtraqз pte vtraqз vi-
ce incipiẽdo a capite: sẽper tñ thu
rificãdo. Nunq̃ enim thurifica
tur corp⁹ ad. **Placebo** vel ad. **Di-
rige** secundũ vsum sar sed hoc sẽ
per: nisi fuerit corp⁹ regis epĩ co-
mitis vel baronis. Quotidie ãte
diem sepulture pro corpore presẽ
ti cuiuscunqз fuerit dicit ista orõ

DEus cui proprium est mi-
sereri sẽper ⁊ parcere te sup
plices deprecamur pro anima fa
muli tui quam hodie de hoc secu-
lo migrare iussisti: vt non tradas
eam in manus inimici nec obliui-
scaris in finem: sed iubeas illam
ab angelis sãctis suscipi atqз ad
regionẽ viuorum pduci: vt q̃ i te
sperauit ⁊ credidit: sãctor tuor
mereatur societate letari. p. Pro
corpore presenti et in anniuersa-
rijs et trigintalib⁹ episcoporum
et in die animarũ. Epistola. j. ad
thessalonicenses. iiij. capitulo.

FRatres: Nolum⁹ vos igno
rare de dormiẽtibus: vt nõ
contristemini sicut et ceteri q̃ spẽ
non habent. Si enim credimus
q̃ iesus mortuus est ⁊ resurrexit:
ita et deus eos qui dormierunt p
iesum adducet cum eo Hoc enim
vobis dicimus in verbo domini
qз nos qui viuim⁹ qui residui su-
mus in aduentu dñi non preue-
niemus eos qui dormierũt. Qm
ipse dñs in iussu et in voce archã-
geli: et in tuba dei descẽdet de ce-
lo: ⁊ mortui qui in christo sunt re
surgent primi. Deinde nos q̃ vi-
uim⁹ qui relinquimur: simul ra-
piemur cũ illis in nubib⁹ obuiã
xpo i aera: et sic semper cum dño
erim⁹. Itaqз cõsolamini inuicẽ:
in verbis istis. In anniuersarijs
trigintalibus alior quorũlibet.
Lectõ li. machabeor. ij. xij. capi.

IN diebus illis: Vir fortissi-
mus iudas collatione facta

duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymā offerri ea pro peccatis mortuorum: iuste et religiose de resurrectione cogitās. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluū videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia cōsiderabat: quod hi qui cum pietate dormitionē acceperant: optimam haberēt repositā gratiam. Sācta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluātur. He due sequētes epistole legantur per totum ānum ad missā quotidianā pro defūctis alternis vicibus per ebdoma. Lectō libri apocalypsis beati iohānis apostoli. xiiij. capi.

IN diebus illis: Audiui vocem de celo: dicentē michi. Scribe. beati mortui qui in dño moriūtur. Amodo iā dicit spūs: vt requiescāt a laboribus suis. Opera eni illorum sequūtur illos. .I. Ad

FRatres: corinthios. xv. ca. Christus resurrexit a mortuis primitie dormiētium. Quoniam quidam per hoiem mors: et per hoiem resurrectio mortuorum. Et sicut i adam oēs moriuntur: ita et in christo oēs viuificabūtur Unusquisqz autē: in suo ordine.

Quandocūqz corp^o adest p̄sēs cuiuscūqz fuerit: et i omibus missis pro episcopis dicit a trib^o clericis de secūda forma habitu nō mutato ad caput defūcti: si adest sinautem ad gradū chori. Grad. Si ambulē in medio vmbre mortis nō timebo mala quoniam tu mecū es dñe. ℣. Uirga tua et baculus tuus ipa me cōsolata sunt. Et idē grad. semper incipiatur: et suus. ℣. percātetur a trib^o clericis de secūda forma habitu non mutato ad caput defūcti si adest / sinautem ad gradum chori. In oibus alijs missis pro defunctis dicatur sequens grad. a toto choro simul interi sedete. nisi in die animar. Grad. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. Anime eorum i bonis demorentur: et semen eorum hereditabit terram. Ita quod idem incipiatur et suus. ℣. percātetur a tribus clericis de secunda forma habitu nō mutato: quādocunqz corp^o adest p̄sens ad caput defūcti tantū: sinautem ad gradū chori et i die animarū in pulpito. Alias illud idē gradua. Requiem eternam. et suus ℣. Anime eorū i bonis. quotienscūqz cantant i anniuersarijs et trigintalibus: et in missis ferialibus pro defunctis post eorū inceptionem a toto cho. interim sedente / absqz neuma i fine percantētur Quandocūqz corpus adest p̄sens et i omibus missis pro episcopis defunctis dicatur tractus. Sicut ceruus. ibidē vbi graduale a quattuor clericis de superiori gradu: habitu non mutato nequaquam vt i alijs trac. alternatim sedentibus sed interi cōtinue stātibus ad caput corporis quod p̄sēs fuerit: vel episcopi defūcti si adest sinautē ad gradū chori / quousqz finierit ipm trac. ita quod oēs illi quattuor clerici simul primū. ℣. incipiāt

quem duo ex parte chori pricipalis prosequatur. Sequens. V. ab alijs duobus ex altera parte cantetur: et sic alternis vicibus singuli V. totius trac. ab illis quattuor dicutur choro simul interim sedete ita quide vt oes simul ipsu trac. terminet. Trac. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. V. Sitiuit aia mea ad deu viuum quado veniam et apparebo ante faciem dei mei. V. Fuerut michi lachryme mee panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tuus. In anniuersarijs et tricesimis et in omnibus alijs missis pro defunctis dicitur seques trac. De profundis. a toto choro alternatim simul iterim sedete cum cantu i gradali super hoc notato: nisi die aiarum tantu: tunc eni dicitur cum eode cantu quo in dominica .lxx. a quattuor clericis de superiori gradu habitu no mutato ad gradu chori supra dicto modo quo scilicet tractu. Sicut ceru9. Tractus. De profundis clamaui ad te domie dne exaudi voce meam. V. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris domine dne qs sustinebit? V. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tua sustinui te dne. Pro corpore presenti et in oibus aniuersarijs et trigintalib9 episcoporu et in die aiarum: similiter i dominicis et in secundis ferijs quando dicitur missa ferialiter in capitulo/ vel alibi dicitur hoc euangelium. Secundum iohannem .xi. capitulo

In illo tpe: Dixit martha ad iesum. Dne si fuisses hic: frater meus no fuisset mortu9. Sed et nuc scio: quia quecuqz poposceris a deo dabit tibi de9. Dicit illi ies9. Resurget frater tu9. Dicit ei martha. Scio quia resurget i resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei ies9. Ego su resurrectio: et vita. Qui credit i me: etiam si mortuus fuerit viuet. Et ois q viuit et credit i me: no morietur i eternu. Credis hoc? Ait illi Utiqz dne Ego credidi qr tu es christus fili9 dei viui: qui in hunc mundum venisti. Feria .iij. S. iohem. vj. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeoru Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eijciam foras. Quia descedi de celo non vt facia voluntatem mea: sed volutatem ei9 qui misit me. Hec est autem volutas eius q misit me patris: vt omne qd dedit michi no perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim volutas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium et credit in eum/ habeat vitam eterna. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Feria .iiij. Secundum iohanem. v. ca


In illo tepore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Amen ame dico vobis: quia qui verbu meu audit et credit ei q misit me: habet vitam eterna. Et in iudicium non veniet: sed trasiet a morte i vita. Amen amen dico

vobis: quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt/ audient vocem filij dei. Et procedent qui bona fecerunt: in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt: in resurrectionem iudicij. Feria. v. Secundum iohannem. v. capi.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat quemquam/ sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit: et credit ei qui misit me: habet vitam eternam. Et in iudicium non veniet: sed transiet a morte in vitam. Feria. vj. Secundum iohannem. vj.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est: pro mundi vita. Litigabant ergo iudei: ad inuicem dicentes. Quomodo potest hic carnem suam dare nobis ad manducandum? Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis: et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem/ habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Sabbato Secundum iohannem. vi. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis: et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Offertorium. Domine iesu christe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu: libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura tenebrarum loca sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahe promisisti et semini eius. Notandum est quod quandocunque corpus adest presens et in omnibus anniuersariis et trigintalibus post ablutionem manuum incipiat sacerdos iunctis manibus in medio altaris hoc modo.



Hostias et preces tibi domine offerimus. Chorus respondeat. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Et interim dicat sacerdos priuatim. In spiritu humilitatis. more solito. Deinde conuer-

sus ad populū dicat similiter pri-
uatim. **Orate fratres et sorores pro fidelib9 defūctis.** Et chor9 re-
spōdeat cantando. ℣. **Requiē eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe promisisti ⁊ semini ei9.** In oībus vero aliis nullis pro defūctis que ferialiter dicuntur nec quando vltimo ante pascha cōplet officiū mortuorū: nec etiam ī die animarū dicitur. In die animarum tātum. Offer.

O pie deus qui primū hominem ad eternam gloriam reuocasti: pastor bone qui ouem perditā pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eorū quas redemisti: ne tradas bestiis animas cōfitentes tibi ne derelinquas eas in finem. Ante diem sepulture. Secre.

Suscipe q̄s dn̄e misericors pater oblationē quā tibi offerimus pro anima famuli tui: quam hodie de carnali corruptione liberasti: ⁊ cōcede. vt ab omibus humane conditionis excessibus his remediis expietur: ⁊ ī requie sempiterna diem resurrectionis prestoletur. Per do. In omnibus missis pro corpore presenti ⁊ in omibus anniuersariis ⁊ trigintalibus: et in die animarū: et quādo vltimo fit seruitiū mortuorū āte pascha dicitur hec. Coio. **Pro quorū memoria corpus christi sumitur dona eis dn̄e requiem sempiternam.** ℣. **Et lux perpetua luceat eis. Pro quorū memoria sanguis christi sumitur dona eis domīe requiem sempiternam.** In oībus aliis missis p̄ defūctis dicitur hec Coio. **Lux eterna luceat eis domine: cū sctīs tuis ī eternum q2 pius es.** Cū. ℣ **Requiem eternam dona eis dn̄e et lux perpetua luceat eis.** Et cū repetitione. **Cum sanctis tuis in eternum quia pius es.** Secundum oēs libros sarum ecclesie ante diem sepulture Postcōio.

PResta q̄s omipotens deus/ vt animā famuli tui. N. ab āgelis lucꝪ susceptā: ī preparata habitacula deduci facias beatorū. Per do. In die sepulture cuiuscunq3 corp9 fuerit dicit ista oratio.

OMnipotēs sempiterne deus miam tuā supplices depcamur: vt aīam famuli tui: cui9 corpori debitum sepulture officium persoluimus in sinū abrahe patriarche tui iubeas collocari/ vt cū dies agnitionis tue aduenerit: inter sāctos ⁊ electos tuos cū resuscitari pcipias. Per do. Secreta.

SUscipe domine pro aīa famuli tui hostiam quā te deo patri obtulisti pro nobis benigne: ⁊ quia causa hoīm descendisti de celis: te redeunte sanctorū tuorū mereatur adiūgi cōsortiis. Per te saluator mūdi. Qui cū deo patre. Postcō.

PResta q̄s dn̄e vt aīa famuli tui: cui corpori hodie officia humanitatis exhibemus: his sacrificiis expiata: saluatiōis tue perpetuo munere gratuletur. Per. In die trigintali. Oratio.

DEus cui propriū est misereri semper et parcere: propiciare anime famuli tui: ⁊ omnia eius pctā dimitte: vt mortis vin-

culis absolut⁹: trāsire mereatur ad vitam. Per dominū. Secreta

Intuere q̄s omnipotens eterne deus: ꝛ placat⁹ suscipere dignare hoc sacrificiū: quod tibi offerim⁹ pro aīa famuli tui: et cōcede illi pacem perpetuā ꝛ requiē sempiternam. Postcommunio.

Prosit q̄s domine anime famuli tui diuini celebratio sacramēti: vt ei⁹ ī quo sperauit ꝛ credidit: eternū capiat te miserāte consortium. Qui tecū vi. In

Deus anniuersarijs. Oratio

Deus indulgētiarum dn̄e da anime famuli tui cuius anniuersarium depositionis diem cōmemoramus refrigerij sedem: quietis beatitudinē luminis claritatem

Propiciare Secreta. Per. q̄s dn̄e supplicationib⁹ nostris pro aīa famuli tui: cuius hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerimus sacrificium laudis/ vt eam sanctorū tuorum consortio sociare digneris. Per domi.

Presta quesumus Postcoīo dn̄e/ vt aīa famuli tui cui⁹ anniuersariū depositionis diē recolim⁹: his purgata sacrificijs indulgentiā pariē et requiē capiat sempiternā. per. Pro ep̄is oratio

Deus q̄ inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pōtificali fecisti dignitate censeri: presta q̄s. vt quorū vicem ad horā gerebant in terris: eorum perpetuo cōsortio letentur in celis. p.

Offerimus tibi dn̄e Secreta oblationem nostre seruitutis pro animabus famulorū tuorum pontificum supplicātes: vt cū presulibus apostolice dignitatis quorū sūt executi officiū: habere merēātur sēpiterne beatitudinis portionē. Per. Postcommu.

Proficiat q̄s dn̄e aīabus famulorum tuorū pōtificū diuini celebratio mysterij: vt quos in terris positos huius muneris dispensatores esse fecisti: īter electos antistites eos iubeas connumerari. Per dominum nostrum

Pro fratribus et sororibus. Orō

Deus venie largitor ꝛ humane salutis auctor q̄s clemētiam tuā: vt nostrarū cōgregationum fratres et sorores qui ex hoc seculo trāsierūt: intercedēte beata maria semper virgine ꝛ beato michaele archangelo cum oībus sāctis ad perpetue beatitudinis cōsortiū peruenire cōcedas. Per

Deus cuius miseri- Secre. cordie non est numerus suscipe propicius p̄ces humilitatis nostre: ꝛ animabus fratrum ꝛ sororum nostrarū congregationū: quibus tui nominis dedisti cōfessionem: per hec sacramēta salutē nostre cunctorū remissionem tribue peccatorum. Per. Postcoīo.

Presta q̄s omnipotens ꝛ misericors deus/ vt anime fratrum et sororum nostrarum congregationum: pro quibus hoc sacrificiū laudis tue obtulim⁹ maiestati per huius sacramēti virtutē a peccatis oībus expiate lucis ppetue te miserāte recipiāt bea-

titudinem. Per do. Pro benefa

Omnipotēs ꝛ ctoribus. Orō

O misericors deus unica sal⁹ mortaliū: te supplices exoramus pro animab⁹ famulorum famularūq; tuarꝫ: parentum et benefactorū nrorum: vt intercedente btā dei genitrice maria cū omnibus sanctis tuis: peccatorum eis largiri digneris indulgentiā / ꝛ i nouissimo die beate resurrectionis leticiam. Per eundē. Secre.

Sanctifica q̄s dn̄e hec fidelium oim vitalia sacramenta: ꝛ per ea īteruenīēte beata dei genitrice maria cū omnibus sanctis tuis concede: vt hoc ipsū proficiat animabus famulorum famularumq; tuarum: parentum et benefactorum nostrorꝫ / vt ab omibus vicijs expiate pabulo vite reficiātur eterne. Per eundē.

Uiuificet nos Postcommu. quesum⁹ dn̄e salutare quo pasti sumus sacramentū: ꝛ interueniente beata dei genitrice maria cum omibus sanctis tuis: cōcede. vt hoc ipsum proficiat animab⁹ famulorꝫ famularūq; tuarum parentum et benefactorum nostrorum: ad promerēdam tue propitiationis gratiam et percipiendā future resurrectiōis gloriam sempiternam. Per eūdem

Pro abbate. Orō christum

Presta q̄s dn̄e: vt anima famuli tui abbatis quem in hoc seculo commorātem sacris muneribus decorasti: in celesti sede gloria semper exultet. Per dominū.

Suscipe q̄s domine Secre. hostias quas tibi pro aīa famuli tui abbatis humiliter immolamus: obsecrantes miam tuam vt cui sacerdotale officium cōtulisti dones et meritum. Per do.

Once de quesu Postcōmu. mus omipotens deus: vt p hec sācta mysteria: anima famuli tui abbatis in cōspectu tuo clara consistat: qui tibi fideliter ministrauit. Per do. Pro sacerdote.

Deus cuius misericor Orō. die non est numerus / suscipe pro anima famuli tui sacerdotis p̄ces nostras: et lucis et leticie q; regionem in sāctorū tuorū societate cōcede. per do. Secreta.

Quesumus dn̄e de⁹ noster / vt oblationē quā tibi offerimus pro anima famuli tui sacerdotis placatus accipias: et quem tuis altarib⁹ seruire tribuisti: ad beatorum peruenire iubeas consortia sacerdotum. Per dominū

Presta q̄s omni Postcōmu. potēs deus p hec sctā mysteria anime famuli tui sacerdotis eterne felicitatis cōsortium: cui donasti sacri altaris consequi ministerium. per do. Pro patre et

Deus qui matre. Oratio. nos patrem et matrē honorare precepisti: miserere clementer aīabus patris et matris mee eorūq; pctā dimitte: meq; eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per dominum nostrū. Secre.

Suscipe domine hoc sacrificium quod tibi pro anima

bus patris et matris mee offert: eisq; gaudiũ sempiternum in regione viuorũ cõcede: meq; cũ eis felicitati sanctorũ adiunge. Per dominum nostrũ. Postcõmunio

Celestis dñe participatio sacramenti aĩabus patris et matris mee requiẽ et lucem obtineat perpetuã / meq; cũ illis gratia tua coronet eterna. per domi.

Pro quolibet defuncto. Oratio.

Deus cui soli competit medicinã prestare post mortẽ: tribue q̃s. vt aĩa famuli tui ab oĩbus exuta peccatis electorũ tuorũ societatibus aggregetur. Per do. Secreta.

Suscipe q̃s domine hanc oblationẽ quam tibi offerimus pro aĩa famuli tui: vt requiem eternã dones ei inter sanctos et electos tuos quatenus illorum consortio et vita perfruatur eterna. Per do. Postcom.

Ascendãt ad te dñe p̃ces nostre et per hec sctã que sũpsimus aĩa famuli tui gaudia eterna suscipiat: vt quem fecisti adoptionis participem iubeas hereditatis tue esse consortem. Per.

Pro amico defuncto. Orõ.

Adiuua nos deus salutaris noster et beatissime dei genitricis semperq; virginis marie precibus exoratus: animam famuli tui in beatitudinẽ sempiterne lucis cõstitue. Per dominum no. Secreta.

Suscipe q̃s domine hostias placationis et laudis: quas ĩ honore beate dei genitricis marie nomini tuo consecrandas offerimus: et pro requie famuli tui tibi suppliciter imploramus. per dominum nostrum. Postcõmu.

Ascendant ad te dñe preces nostre et aĩa famuli tui gaudia eterna suscipiat: et quẽ fecisti adoptionis participem: intercedente beata dei genitrice maria: iubeas hereditatis tue esse cõsortem. p eundẽ.

Pro defuncto morte preuento. Oratio.

Omnipotens et misericors deus in cuius potestate humana conditio consistit aĩam famuli tui quesumus ab omnibus absolue peccatis vt penitẽtie fructũ quem voluntas eius optauit: preuentus morte non perdat. Per do. Secreta.

Satisfaciat tibi dñe quesumus pro anima famuli tui sacrificij presẽtis oblatio et peccatorum veniã quã quesiuit inueniat: et quod officio vocis implere nõ potuit desiderate penitentie fructu: te largiente percipiat. Postcõ.

Deus a quo prestatur humanis cordibus omne quod bonũ est: tribue p hec sãcta q̃ sumpsimus: vt sicut anime famuli tui penitẽtiã velle donasti / sic indulgentiam tribuas miseratus optatam. Per domi.

Pro masculis familiaribus. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus / cui nunq̃ sine spe misericordie supplicatur: ppiciare animabus famulorũ tuorũ: vt qui de hac vita ĩ tui nominis cõfessione decesserunt: sanctorũ tuorũ numero facias aggregari. per. Secre.

PRopiciare quesum⁹ domine animab⁹ famulorum tuorꝫ pro quibus hostias tibi placationis offerimus / ꝛ quia in hac luce in fide manserunt catholica: i futura eis vita misericordissima retributio cōdonetur. Per domi.

Postcoio.

HEc nos cōmunio dn̄e purget a crimine: ꝛ aīabus famulorum tuorum celestis gaudij tribuat consortiū: vt āte tribunal glorie christi tui segregati cum dextris nichil cōmune habeant cum sinistris. per eundē.

Pro feminis familiarib⁹. Orō.

QUesumus domine pro tua pietate miserere aīabus famularum tuarꝫ: ꝛ contagijs mortalitatis exutas / in eterne saluatiōis partē restitue. p do.

Secre.

HIs sacrificijs dn̄e anime famularū tuarum a peccatis omnibus exuantur: sine quibus a culpa nemo liber existit: vt per hec pie placatiōis officia: perpetuā misericordiā ꝯsequantur. p.

INueniant q̄s dn̄e anime famularꝫ tuarum lucis eterne cōsortium: cuius perpetue misericordie cōsecute sunt sacramentum. Per dominum nostrum.

Pro femina defuncta. Oratio.

MAiestatem tuam q̄s domine suppliciter deprecamur: vt aīa famule tue ab oībus que humanitus cōmisit exuta: in tuorū censeatur sorte iustorum. Per dominum nostrum iesum.

Secre.

hOstias tibi domine humili supplicatiōe deferimus: deprecātes maiestatē tuam: vt aīa famule tue per hec pie placatiōis officia: peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per domi.

Postcoio

PResta quesumus dn̄e anime famule tue misericordiam sempiternam: vt eā mortalibus nexibus expeditam: lux eterna possideat. Per domi.

Pro trigintalibus Oratio.

INclina dn̄e aurē tuā ad preces nostras quibus misericordiā tuam supplices deprecamur: vt animas famulorꝫ famularumqꝫ tuarū quas de hoc seculo migrare iussisti: i pacis ac lucis regione constituas ꝛ sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per dominum nostrū iesum.

Secre.

ANimas famulorꝫ famularumqꝫ tuarum q̄s domine ab oībus vicijs conditionis humane hec absoluat oblatio: q̄ etiam totius mundi tulit immolata peccatum. Per dominū.

Postcoio.

ANnue nobis domine p hoc sacrificiū quod sumpsim⁹ / vt anime famulorū famularūqꝫ tuarū remissionem quā semper optauerunt mereantur percipere delictorum. Per dominum.

Pro bn̄factorib⁹. Oratio.

MIserere q̄s domine animabus oīum benefactorum nostrorum defunctorū ꝛ pro beneficijs que nobis largiti sunt in terris: premia eterna consequantur in Pace.

Secreta. celis. Per.

Dat tibi dn̄e sacrificij presentis oblatio: pro nostra oīumqꝫ be

nefactorum nostrorum salute: quorum quarumcq3 memoriā speciali affectu recolimus oibusq3 christianis viuis ac defunctis misere re propicius. Per dominum no. Postcomu.

Sumpta sacramenta dñe nos absoluant a vinculis peccatorum: et aiabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum cōsortia obtineāt spirituum beatorum. Per. Pro quiescentibus in cimiterio. Orō.

Deus cuius miseratione aie fidelium requiescūt: aiab⁹ famulorum famularumq3 tuarum oim hic et vbiq3 in christo quiescētium: da propicius veniā peccatorum. vt a cunctis reatibus absoluti/ tecū sine fine letentur. Per dominum nostrū. Secre.

Pro animabus famulorum famularumq3 tuarum omnium hic et vbiq3 in christo quiescentium: hostiā dñe suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrēde mortis erute vitam inuenire mereātur eternam. Per eundem. Postcōmu.

Deus fideliū lumē aiarum: adesto propicius inuocationibus nostris: et da famulis et famulab⁹ tuis quorum corpora hic et vbiq3 in christo requiescunt: refrigerij sedem quietis beatitudinē/ luminis claritatem. per eūdē. Pro quibus orare tenemur. Orō.

Concede q̄s dñe deus noster vt aie famulorū famularū q3 tuarum: quorū quarūq3 cōmemorationem speciali deuotione agimus: et pro quibus iussi et debitores sumus: atq3 oium benefactorum nostrorum ac oim consāguineorum et familiariū nr̄orum cūctorūq3 fideliū in finibus scōrum tuorū requiescant: morcq3 et mortuis resuscitati: tibi placeāt i regione viuorum. Per do. Secreta.

Hec munera q̄s dñe que oculis tue maiestat⁹ offerimus aiabus famulorū famularumq3 tuarum quorum quarūq3 cōmemorationem speciali deuotione agimus: et pro quib⁹ orare iussi et debitores sumus: atq3 oim benefactorum nostrorum/ necnon consanguineorum nostrorū ac familiarium nostrorū cunctorūq3 fidelium salutaria esse concede: vt tua pietate vinculis horrēde mortis erute: eterne beatitudinis mereantur esse participes. per. Postcō.

Deus qui inestimabili misericordia aias mortaliū ab āgustijs trāsfers ad requiem propiciare supplicationib⁹ nr̄is pro aiabus famulorum famularūq3 tuarum quorum quarūq3 cōmemorationem speciali deuotione agimus: et pro quibus orare iussi et debitores sumus: et oium benefactorum nostrorū/ necnon consanguineorum nostrorum ac familiarium nostrorum cunctorumq3 fidelium: vt eas paradiso restituens/ in tuorum cētcas sorte iustorum. Per dominum. Pro omib⁹ fidelibus defūctis. Oratio.

Fidelium deus oium conditor et redemptor/ animabus oim

fideliũ defunctorũ remissionem cunctorũ tribue peccatorũ: ut indulgentiã quã sẽper optauerunt pijs supplicationibus consequãtur. Qui cũ deo patre et spiritu. Secreta.

Hostias q̃s domine quas tibi pro aĩabus oĩum fidelium defunctorum offerimus propiciatus intende: ut quibus fidei christiane meritum cõtulisti dones et premium. Per. Postcõ.

Animabus q̃s dñe omnium fidelium defũctorum oratio proficiat supplicantium: ut eas et a peccatis omibus exuas: et tue redemptionis facias esse participes. Per domi. Oratio generalis

Pietate tua q̃s dñe nostrorũ solue vincula omnium delictorum: et intercedente beata et gloriosa sẽperq̃ virgine dei genitrice maria cũ oĩbus sanctis tuis dominũ papã reges et principes episcopos et abbatem et omnẽ plebem illis cõmissam: nosq̃ famulos tuos atq̃ loca nostra in oĩ sãctitate custodi: omnesq̃ consanguinitate ac familiaritate vel cõfessione et oratione nobis iũctos seu omnẽ populum catholicum a vicijs oĩbus purga: virtutibus illustra/ pacem et salutẽ nobis tribue/ hostes visibiles et inuisibiles remoue/ pestem et famẽ repelle/ inimicis nostris et amicis nostris veram caritatem/ atq̃ infirmis sanitatem largire: et iter famulorum tuorũ in salutis tue prosperitate dispone: et omnibus fidelibus viuis ac defunctis in terra viuentium vitam et requiem eternam concede. per eundem. Secreta.

Deus qui singulari corporis tui hostia totius mundi soluisti delicta hac oblatione placatus maculas pctõrũ nostrorũ absterge: et omnium christianorum fidelium viuorum atq̃ mortuorum peccata dimitte nobisq̃ itercedente btã et gloriosa sẽperq̃ virgine dei genitrice maria cum omibus sãctis tuis/ p̃mia eterna largire saluator mundi. Qui cum deo pa. Postcõ.

Sumpta sacramenta q̃s dñe omĩa crimina nostra detergant: omnẽq̃ prauitatem et hostilẽ impugnationem visibilem et inuisibilẽ seu infirmitatem atq̃ subitã mortẽ meritis dei btẽ genitricis: semperq̃ virginis marie et omnium sanctorum tuorum itercessione a nobis procul repellant: et omnibus fidelibus viuis ac defunctis prosint ad veniam pro quorum quarumq̃ tibi sunt oblata salute Per eundem dñm. Oratio generalis

Sanctissime dei genitricis semperq̃ virginis marie: et btãrum omniũ celestiũ virtutum: sãctorum quoq̃ patriarcharum/ prophetarum/ apostolorum/ euangelistarum/ martyrum/ cõfessorum/ atq̃ virginum: et omnium simul sctõrum tuorum q̃s oĩpotẽs deus meritis ac precibus placatus: tribue nobis misericordiam tuam: et da populo tuo inuiolabilem fidei firmitatem et pacem: repelle a nobis hostem/ et famẽ/ et pestem: da nobis in tua vir

tute cōstantiam ꝛ fortitudinem immitte hostib⁹ nr̄is formidinē et inualitudinē: retribue oībus nobis bona faciētibus vite eterne btitudinem: da inimicis nr̄is ꝛ psequentibus nos recognitionē ꝛ indulgentiā: cōcede defunctis nr̄is et oībus in christo quiescentibus remissionem oīm pctōꝝ/ ꝛ requiē sempiternā. p eund. Secr.

IN cōspectu diuine maiestatis tue q̄s omīps deus itercedente sāctissima dei genitrice sēperqꝫ virgine maria: ꝛ beatꝫ omibus celestibus virtutibus sāctis quoqꝫ ptriarchis/ pphetis aplīs/ euangelistis/ martyrib⁹/ cōfessoribus: ꝛ virginib⁹/ atqꝫ omibus simul sāctis tuis: oblationes nr̄e et preces acceptabiles ascendāt: et tua propiciatione veniam nobis et pacē tribue: hostē famem et pestē a nobis repelle/ fidē spē ꝛ caritatem nobis largire defēsione tua nos semp protege: hostiū nr̄oꝝ superbiā ꝛ virtutem cōtere oībus nobis bona faciētib⁹ gratie tue abūdantiā tribue: discordantes ad pacis bona cōuerte defunctis nostris requiē concede: ꝛ omibus fidelibus tuis vitā sempiternam largire. per. Postcōio.

DEt huius sacramēti mysterium atqꝫ virtutē q̄s dn̄e deus noster omīps sāctissima dei genitrice semperqꝫ virgine maria ꝛ btīs oībus celestibus virtutib⁹: sāctis quoqꝫ patriarchis prophetis apostolis euangelistis martyribus cōfessoribus et virginibus atqꝫ omibus simul sāctis tuis intercedētibus: viciorū nostrorum macule deleātur: et preces nostre in conspectu maiestatis tue acceptabiles inueniātur: populusqꝫ tuus a peccatis ꝛ hostibus liberetur: fidei rectitudine roboretur: hostiūqꝫ nr̄oꝝ supbia ꝛ fortitudo prosternātur: pestilētie et fames pcul pellātur: bona nobis faciētes gratie tue abundantia repleant: discordātes i fraternā pacē reuocētur: defūcti nostri requiē consequātur: ꝛ oēs fideles tui vitā eternā adipisci mereātur. Per eundē dominū. Oratio gn̄alis.

OMniū sanctorū tuoꝝ intercessionibus q̄s domine gratia tua nos semper ptege: ꝛ christianis oībus viuentibus atqꝫ defunctis miam vbiqꝫ pretēde: vt viuētes ab omibus impugnationibus sint tua opitulatione defēsi: et defuncti remissionē mereātur percipere suorum oium peccatorum. Per dominum. Secre.

OBlationes nr̄as q̄s domine propiciatus intēde et ob tuoꝝ omniū sanctoꝝ honorem: veniā nobis nostroꝝ tribue peccatorū ꝛ xp̄ianis omnibus viuentib⁹ atqꝫ defūctis hec p̄sens oblatio: ꝛ presentis vite subsidia: ꝛ future premia eterna acquirat. per dominum nostrum iesum chri.

HEc sacri- Postcommunio. ficia domīe que sumpsim⁹ meritis et intercessionibus omnium sanctorum tuorum nobis ad salutem proficiant: ꝛ xp̄ianis

omnibus viuētibus atq3 defun-
ctis te fauēte. eterna ac tempo2a
lia p2emia benigne acquirāt. p.

O Mnipotēs Orō generalis. sempiterne deus qui viuo2
dominaris simul et mo2tuo2um
omniūq3 misereris: quos tuos fi
de et opere futuros esse p̄noscis:
te supplices exo2am⁹: vt p quib⁹
effūdere p̄ces decreuim⁹: quosq3
vel p2esēs seculū adhuc in carne
retinet: vel futurū iā exutos co2
po2e suscepit / pietatis tue clemē
tia / omniū delicto2ū suo2 veniā
⁊ gaudia consequi mereātur eter
na. Per do.

D Eus Secreta. cui soli cognitus est nume-
rus electo2 i supna felicitate lo-
cādus: tribue q̄s. vt vniuerso2ū
quos i o2ōne cōmendatos susce-
pimus siue omniū fideliū nomi-
na btē p̄destinationis liber ascri
pta retineat. Per do. Postcōio.

P Ro celestis conuiuij iocundi tate gratias tibi referimus
rex et sacerdos noster / maiestatē
tuam huīliter rogātes: vt hec sa-
crosācta co2po2is ⁊ sāguinis tui
hostia non sit nobis reatus ad pe
nā: sed itercessio salutaris ad ve-
niam sit ablutio scele2ū / sit fo2ti
tudo fragiliū / sit cōtra omīa mū
di pericula firmamentū: sit viuo
rū atq3 mo2tuo2 fidelium remis
sio omniū delicto2um. Per te sal
uato2 mūdi rex glie. Qui viuis ⁊
regnas cum deo patre in vnita.

Siquis trigintale sācti grego2ij
celeb2are disposuerit: tunc cele-
b2et tres missas de natiuitate do
mini tres de epyphania dn̄i: tres
de purificatione btē marie: tres
de annūciatione eiusdē: tres de re-
surrectione dn̄i: tres de ascensio
ne dn̄i: tres de pēthecoste: tres de
trinitate: tres de assumptione be
ate marie: et tres de natiuitate
eiusdem: ita q̄ iste misse celeb2en
tur infra octauas dicto2ū festo2
sicut in p2ima die cum eodem.
Kyrieleyson. Gloria in excelsis deo.
et Credo ⁊ sequētia ⁊ p2efatione
Cōmunicantes et Hanc igitur.
Sanctus et Agnus sicut continē-
tur in canone: et cum istis o2atio
nibus subsequētibus: ita q̄ o2a-
tiones subsequentes cum o2atio
ne de festo sub vno. O2em⁹. ⁊ sub
vno Per dominum. dicātur. Et
debēt dici quotidie per annum.
Placebo et Dirige. cum nouē psal
mis ⁊ nouem lectionibus: et no-
uem antiphonis: nisi i tempo2e
paschali: in quo quotidie cum tri
bus lectionibus dicetur: ⁊ toties
dicet cōmendatio animarū: ita
q̄ tā ad Placebo. q̄ ad Dirige. sit
p2ima o2atio. Deus summa spes
et etiam in commendatione ani
marum et ad missam de die dici-
tur p̄dicta o2atio ab eo qui missā
celeb2at per totum ānum. O2ō.

D Eus summa spes nr̄e redē-
ptionis qui in terra p2omis
sionis ante oēs terras nasci elegi
sti: mo2temq3 ibidem sustinuisti
libera p2opicius animam famu-
li tui. N. de manibus demonum
et eādem terram de potestate pa
gano2ū: vt populus qui in te nō

credit: per virtutem tuã emendationẽ habeat: et illis omibus qui in te confidunt: pro tua magna pietate succurre. Qui cũ deo patre et spiritu sancto viuis et reg.

Secreta. Omnipotens sempiterne deus redẽptor animarum saluã darum et precium redemptionis generis humani miserere clementer aĩe famuli tui. N. et quicquid in eo viciorum fallẽte dyabolo et propria iniquitate cõtraxit: tu pius et misericors abluas indulgẽdo et terram quã sãguine proprio tuo dedicasti: de manibus inimicorũ crucis eripias: vota filiorum israel ad eius liberationem instantiũ: i viam salutis eterne misericorditer dirigendo. Qui viuis.

Postcõio. Deus cuius misericordie nõ est numerus cui soli cõpetit medicinam prestare post mortem: qui es vita viuentium: spes moriẽtium: et salus oĩum in te sperãtiũ: q terram hereditatis tue per peccata filiorũ esau pollutã precioso sãguine tuo dignatus es cõsecrare: tu aĩam famuli tui. N. per huius virtutem sacramẽti a peccatis oĩbus eruas et a penis quas p his meretur eripias: et populũ incredulum ac rebellẽ per gratiã tuam facias peculiarẽ illisq; oĩbus qui in tua mĩa confidũt: manũ auxilij tui pijssime largiendo Qui viuis cum deo patre et spũ.

Missa pro mortalitate euitanda quã dñs [illegible] clemẽs fecit: et constituit i collegio cũ omnibus cardinalibus et concessit oĩbus penitẽtibus vere cõtritis et cõfes. sequẽtẽ missam audiẽtibus. [illegible]. Et omẽs audiẽtes sequentẽ missã debẽt portare i manu vnam candelã ardẽtem dum missã audiunt per quinq; dies sequẽtes et tenere eã in manu per totã missam genibus flexis: et eis mors subitanea nocere non poterit: et hoc est certum et approbatũ in auinione et in partibus circũuicinis.

Officiũ. Recordare dñe testamẽti tui et dic angelo percutienti cesset iã manus tua: vt nõ desoletur terra: et ne pdas omnẽ aĩam viuã. In tẽpore pascha allã. Ps. Qui regis israel intẽde q deducis velut ouẽ ioseph.

Or. Deus q non vis mortem sed penitentiã desideras peccatorum populũ tuũ qs ad te cõuerte propicius: vt dũ tibi deuot' existit iracũdie tue ab eo flagella clementer amoueas. Per dominũ nostrũ iesũ christũ filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vni.

Lectio libri regũ ij. xxiiij. capitulo. In diebus illis. Immisit dñs pestilẽtiam i israel de mane vsq; ad tempus constitutũ: et mortui sunt ex populo a dã vsq; bersabee septuaginta milia virorũ. Cumq; extẽdisset manũ suã ãgelus domini super hierusalẽ: vt disperderet eã misertus est domin' super afflictionem: et ait angelo percutienti populum. Sufficit nũc: contine manum tuã. Erat autẽ angelus

domini iuxta arcã areuna iebusei. Dixitq; dauid ad dñm: cũ vidisset angelum cedentẽ populũ. Ego sũ qui peccaui: et ego inique egi. Isti q̃ oues sunt quid fecerũt? Vertatur obsecro manus tua cõtra me: et cõtra domũ patris mei. Uenit aũt gad ppheta dñi ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascende et cõstitue altare domino: in area areuna iebusei. Et ascẽdit dauid iuxta sermonẽ gad: quẽ preceperat ei dñs. Graduale. Misit dñs verbum suũ et sanauit eos et eripuit eos de interitu eorum. V. Confiteantur domino mĩe eius et mirabilia eius filiis hominũ. Alla. V. Saluabo populũ meũ i medio hierusalẽ: et ero eis in deũ in veritate et iusticia. Sequen.

Ubi lemus pia mẽte voce corde cõcinente: trinitatem collaudantes. Patrẽ prolemq; precemur sãctum neuma veneremur: laudis melos ɔcrepantes. Oẽs vna proclamemus summũ deũ imploremus misereri vt dignet. Cor grauatur mẽs languescit: iã gẽs meret et plãgescit: pestis morsũ dũ veret. Aura ledit furit pestis: morbus vrit: nulla mestis spes salutis reddit. Mare fluit mixtũ felle: iã tẽpestas iã procelle: plebs vbiq; premitur. Si p malis irascaris tẽpus est vt reuertaris: pie iesu miserere. Leo lustrãs oues q̃rit nisi p̃sis ouis perit: bone pastor nos tuere. Terra mare firmamẽta q̃q; parẽt elemẽta: tuo facta numine. Mare nouit te calcantẽ: dũ te sẽtit ãbulantẽ factor fertur fluic

Cũcta sistunt te iubente non mouẽtur sed repẽte: reddũtur pacifica. Toto nisu tota cura ois laudat te factura: o virtus almifica. Auras mitte nobis letas pestes p̃ ce pcul pelle. Trãsfer nos ad vite metas: ne nos turbẽt tot pcelle. Olim culpa nos ligati: respirãtes credim9. Corde mesto flagellati tibi soli credim9. Lex ãtiqua trãsgressores conuersos eripuit. Tuc legis abusores: pie dũ corripuit. Ioab abner psequẽte: et hũc armis isequẽte: pce datur venia. Ioab vitã ɔsecutus: nocte viam trãsit tutus: per montis cacumina. Dauidi pphetico: vita datur termino: p delicto graui. Versũ fugit facinus: dũ fatetur vocib9 inquiens peccaui. Ezechias reddit fletũ et peccatũ est deletũ: statim vt penituit. Fletũ fecit et profecit: sibi de9 hinc adiecit: annos et cõstituit. Mitis hester pie mentis: pro salute sue gentis: assuerũ adijt. Hic fit sal9 mardocheo crux equatur amon reo qui suspensus perijt. Uirtus iudith de supernis diua dũ illuminat. Caput aufert holofernis: et captiuos liberat. Mater ergo sũmi regis: tibi nat9 christus verus. Uos signauit vmbra legis hester tu: hic assuer9. Uirgo natũ itercede vt afflictos liberet. Saluet hos a pestis cede: quos pie redemerat. Uirgo mater maris stella: fõs ortor verbi cella: ne nos pestis aut pcella: pctõres obruant. Eya mat terge fletũ tẽpestatis tolle fretũ cor mestor redde le

tum: iã preces subueniant. Pro-
les parcit si poras mater ergo rũ
pe moras: posce tuũ filiũ. Aura
feda rumpẽs pestis simul cadãt
cõfer mestis: salutis auxiliũ. No
stros tuus ipe nat⁹: tollat penas
reat⁹ nobis prestans cõsolamẽ.
Sui regni sẽpiterni ubi ciues sũt
supni psonem⁹ oẽs. Amẽ. Secũ-

In illo tpe: dñ luca. iiij. ca.
Surgẽs iesus de synagoga
introiuit in domũ symonis. So-
crus autem symonis tenebatur
magnis febrib⁹. Et rogauerunt
illũ pro ea. Et stãs super illam: i
perauit febri ꝛ dimisit illam. Et
cõtinuo surgẽs: mistrabat illis.
Cũ autẽ sol occidisset: oẽs qui ha
bebãt infirmos varijs languori
bus: ducebant illos ad eũ. At ille
singulis manus imponens: cura
bat eos. Exibãt autem demonia
a multis clamãtia et dicentia: qz
tu es filius dei. Et increpãs non
sinebat ea loqui: quia sciebãt eũ
esse xp̃m. Factã autem die egress⁹
ibat in desertum locum: et turbe
requirebãt eũ. Et venerũt vsqz
ad ipsum: et detinebãt eum ne di
scederet ab eis. Quib⁹ ille ait Qz
ꝛ alijs ciuitatib⁹ oportet me euã
gelizare: regnum dei. Quia ideo
missus sũ. Et erat predicãs: in sy
nagogis galilee. Offertori. Ste-
tit pontifex ĩter mortuos ꝛ viuos habẽs
thuribulum aureũ in manu sua et offe-
rens incensi sacrificium placauit irã do
mini et cessauit plaga a domo et a popu.
lo isrl. In tp̃e pas. All'a. Se.
Subueniat domine quesu-
mus plebi tue sacrificij presẽtis
operatio/ que nos ab erroribus ꝛ
terroribus vniuersis potẽter ab-
soluat: ꝛ a totius custodiat ꝛ defẽ
dat perditionis incursu. Per do-
minum nr̃m iesum christũ filiũ.
Cõmunio Multitudo languẽtium.
et qui vexabantur a spiritibus immũdis
veniebant ad iesum: quia virtus de illo
exibat et sanabat omnes. Postcõio.
Exaudi nos deus salutar. no
ster/ ꝛ intercedẽte beata dei
genitrice maria populum tuum
ab iracundie tue horroribus libe
rum: et in mĩa tua fac tua largi-
tate securum. per dominum no.
Istud euangelium cõpositũ fuit
per dominum Johannem papã
xxii. apd auinionẽ tercio die ante
decessum suũ pro quo cõcessit oi-
bus illud dicẽtibus vel audienti
bus vere cõfessis et contritis tre-
cẽtos dies indulgẽtie. Passio do-
mini nostri iesu christi secũdum

In illo tempore: iohãnem.
Apprehendit pylatus iesũ:
et flagellauit eũ. Et milites ple-
ctentes coronam de spinis impo
suerunt super caput eius: ꝛ veste
purpurea circundederũt eum: et
veniebant ad eum et dicebant.
Aue rex iudeorum. Et dabant ei
alapas expuẽtes in eum: et acce-
perũt arundinem: ꝛ percutiebãt
caput eius. Susceperunt autem
milites iesũ: et baiulans sibi cru-
cem exiuit in illum locum qui di-
citur caluarie: et ibi crucifixerũt
eum: et cũ eo alios duos hinc ꝛ in
de: mediũ autẽ iesũ. Postea autẽ

sciēs iesus oīa que ventura erāt:
dixit. Sitio. Illi aūt spongiā ple
nā aceto ysopo circūponentes ob
tulerunt ori eius: et cū gustasset
noluit bibere: sed dixit. Consum
matū est: ⁊ iclinato capite emisit
spiritū. Et statim terra ꝯtremuit
⁊ sol obscurat⁹ est: et velum tēpli
scissum est: et petre scisse sūt ⁊ mo
numēta aperta sunt/ et ꝙ dormie
rant surrexerūt. Que cum vidis-
set cēturio dixit. Uere filius dei
erat iste. Tādem vnus militum
lancea latus eius aperuit: ⁊ conti
nuo exiuit sanguis et aqua. Et ꝙ
ista vidit testimoniū perhibuit: ⁊
scimus quia verū est testimoniū
ei⁹. Domin⁹ vobiscū. Oremus.

Domine iesu christe qui ma-
nus tuas et pedes tuos: ⁊ to
tum corpus tuū pro nobis pecca-
toribus i ligno posuisti: ⁊ coronā
spinarum a iudeis i despectu tui
sacratissimi corporis super caput
tuū impositā sustinuisti: et quiqꝫ
vulnera pro nobis peccatoribus
i crucis patibulo passus fuisti: et
nos de sacro sāguine tuo redemi
sti: da nobis q̄s dn̄e hodie et quo-
tidie vsū penitētie/ abstinētie/ et
patiētie huīlitatis/ castitatis/ lu-
mē/ sensū/ et intellectū: veram
scientiā vsqꝫ in finem. Per te ie-
su christe: saluator mūdi rex glīe
Qui cum patre et spiritu sancto
viuis et regnas deus. Per omīa
secula seculorum. Amen. Missa
de sctō sebastiano. Offi.

e Gregie martyr sebastia
ne princeps et ꝓpagator
sctissimorum preceptorū ecce no
men tuū i libro vite celestis ascri-
ptum est ⁊ memoriale tuum non
derelinquetur in secula. Ps. Bene
dicam dominum in omni tēpore. Or.

Omnipotens sēpiterne deus
qui merit⁹ beati sebastiani
martyris tui gloriosissimi quan-
dam generalē pestē epidimie ho-
minibus pestiferā reuocasti pre-
sta supplicibus tuis. vt qui pro si
mili peste reuocanda ad ipsū sub
tui cōfidentia cōfugerint: ipsius
meritis ⁊ precib⁹ ab ipsa peste epi
dimie et ab omni tribulatione li-
berentur. Per dominum nostrū.
Epistola. Beatus vir ꝙ in sapien
tia. Graduale. O sancte sebastiane
christi athleta gloriosissime qui pro chri-
sto reliquisti terrene militie principatū
et suscepisti magnum supplicium inter
cede pro nobis ad dn̄z. V. O sancte seba
stiane christi martyr egregie cuius meri
tis tota lombardia fuit liberata a peste
mortifera libera nos ab ipa ⁊ a maligno
hoste Alleluya. V. O sancte sebastiane
nos tremētes ac flētes imploramus tuū
clemens auxilium vt possimus obtinere
per te pestis mortifere apud christum re
mediū. In tpe paschali secundū.
Alleluya. V. O ꝙ gloriosum est templum
tuum beate sebastiane in quo diuina est
promissio et peccatorum remissio splen-
dor et lux perpetua et sine fine leticia.

Sequen.

Omnes vna decā-
temus ⁊ martyris persone-
mus laudē sebastiani. Hic a deo ē
electus per quē morbus est eiect⁹
languoris pestiferi. Nā se christo
totū dōnit ꝙ vult nos hunc vene

rari christus cũ nũc promouit in
patria celesti. Cunctis hic subue
nit mestis statim est sedata pestis
sui causa meriti. Ipsũ si nũc dep̃
cemur nomen quoqȝ veneremur
martyris sctissimi. Morb⁹ iste nõ
nocebit sed mortiferũ delebit po
pulũ q̃ tenuit. Nos pro nr̃is tan
tis malis iã absorbet pestis talis
qꝫ tota gẽs gemuit. Sancte mar
tyr sebastiane salua nos a morte
epidimie. Nostra grauia ob pec-
cata terra ista desolata non sit pre
q̃s. Sed nos ꝯsidera ⁊ i nobis ces
sa pestẽ iam te petimus. Ista p te
gẽs sit tuta et ne noceat acuta fe
bris hec i ãglia. Et quo nr̃a spes
est tota in te martyr nũc remota
sit pestis mortifera. O sãcte seba
stiane nr̃e gẽtis ãglicane conser-
uator et tutor sis. Et dñm dep̃ca
re vt a nobis reuocari valeat ve-
sana pestis. Et tua sctã p̃ce ne sit
morb⁹ nobis nece. Sed recedat
ab hac domo. Amẽ dicat ois hõ.
Amẽ. Euã. Nisi granũ frumen.
Offer. Martyr egregie decus militie
athleta fidei ora natũ dei vt auertat a no
bis indignationẽ suã martyr suffragia
effũde pia vt epidimia nec sit noxia i hac
patria nec in alia per subsidia posce tua
nos tibi talia dam⁹ p̃conia hic prece pre-
mia da nobis pia miles xp̃i alleluya.

S Ubueniat nobis Secreta
Dñe tua mĩa itercedẽte be-
ato sebastiano martyre tuo / vt
ab imminẽtib⁹ peccatorꝫ nostro-
rum periculis: te mereamur pro-
tegente saluari ⁊ suis precibus a
peste epidimie et ab omi tribula-
tione liberari. Per dominũ no.
Coio. Beatus es et bene tibi erit egre-
gie martyr sebastiane quia cum sanctis
gaudebis ⁊ cum angelis exultabis i eter
num.

D A q̃s domi Postcoio.
ne populo tuo salutem mẽ
tis et corporis: vt interuentu bti
sebastiani martyr tui bonis ope
ribus inherendo tuo semper mu
nere ⁊ suorꝫ meritorꝫ interuentio
ne a peste epidimie et ab omĩ tri-
bulatione mereamur tua prote-
ctione defendi. Per dominũ no.
Cõmemoratio sãcti erasmi mar
tyr ⁊ põti. Offiũ. Letabitur iust⁹.

D Eus qui sanctam no Orõ.
bis huius diei leticiam pro
cõmemoratione beati martyris
tui erasmi atqȝ pontificis fecisti:
adesto familie tue precibus et da
vt cuius hodie cõmemorationẽ
celebramus: eius meritis ⁊ inter
cessionibus adiuuemur. Per do.
Ep̃la. Ois põtifex. Gr. Posuisti.
All'a. Gloria et hono. Seq̄. Orga
nicis. S. matheũ. Euange. Cir-
cuibat iesus. Offer. Posuisti. Sec

I Ntende propicius q̃s domi
ne oblata tibi hec munera ⁊
dep̃catione bti erasmi martyris
tui atqȝ pontificis in cuius ea cõ
memoratione deferimus: nosip-
sos eadẽqȝ sanctifica. Per. Coio

S Umpsi Postcõ. Magna est.
mus domine i sancti mar-
tyris tui atqȝ põtificis erasmi cõ
memoratione celestia sacramen
ta: cui⁹ suffragiis q̃s largiar vt
qd temporaliter gerim⁹: eternis
gaudiis cõsequamur. Per dñm.

Missa scti rochi cōfessoris. Offm

O Mni Orō. Letabitur iustus.
potens & misericors deus q̄
meritis et precibus beatissimi ro
chi confessoris tui quādā pestem
hominum generalē gratiose re-
uocasti: presta supplicib⁹ tuis. vt
qui pro simili peste reuocāda ad
tuam cōfugiunt fiduciā / ipsius
gloriosi cōfessoris precamine ab
ipa infirmitate: et ab omni ptur
batione liberētur. Per dominū.
Epistola. Justū deduxit. Grad.
Just⁹ vt palma. Alleluya. V. Justus
germinabit. Et flo. Sequen.

I N honore saluatoris sancti
rochi ↄfessoris agatur memoria.
Qui de celo prenotatur et ad ma
trem nunciatur salute angelica.
Qui de vētre matris nat⁹ signo
crucis est signatus qd̄ sinistro pa
tuit. Quarta sextaqz feria semel
lactans indicia sāctitatis p̄buit:
Vti mūdo qui cum posset & mun
danum fucū nosset mūdus mun
dū tenuit. Omni sprēta re pater
na mente tēdens in superna oīa
deseruit. Ac post mortē sui pris
& decessum sue matris peregre di
uertitur. Et ad domos infirmo-
rū peste dira perpessor festine in
greditur. Jesum christū deū cla-
mat signo crucis cunctos sanat
sua prouidentia. Ad quem venit
vir beat⁹ prorsus fuit hic sanat⁹
diuina potētia. Ciuitates italie
rome lōgobardie sanat suis pre-
cibus hospitali placentie percus-
sus pestis silice abiectus e meni-
bus. Languēs dū i silua sitit fon
tem de⁹ sibi mittit preostensa ne
bula. Paru⁹ canis panes portat
a gotardo & reportat cane viro re
gula. Sic vir sāctus cōfortatur
dū gotardo cōsolatur in valle mi
serie. Et per angelū sanatur qui
a dēo mittebatur raphael i nomi
ne. Postqz i lōgobardia puincia
āgleria ponitur i carcere. Ab an
gelis fouebatur & de celo letabať
visus miro lumine. Rochus ibi
vitā finit cui de⁹ dari sinit tabu-
lam per angelū. Que diuine scri
bebatur scriptis auri & ditať ma-
nu dei syderum. Nomen rochi
infra scriptū qd̄ a deo fuit dictū
vt qui eum decorāt. Pestis vlcus
depellatur sanitasqz hijs reddať
q̄ eum cōmemorant. Tu qui deo
es tam carus & in luce valde clar⁹
sana tuos famulos. Et a peste
nos defēde opē nobis ac ipende
cōtra morbi stimulos. Vir tā po-
tens tam beatus cum honore col
locat⁹ i celesti curia. Voto voce
veneretur vt per ipsū nobis deť
christi frui gloria. Amen. Secun

I N illo dum matheum. ix.
tpē: Circuibat dn̄s iesus ci-
uitates & castella docens in syna
gogis eorum & predicans euange
liū regni & curans omnē languo
rem et omnem ifirmitatem. Vi-
dēs autē turbas misertus est eis:
quia erant vexati et iacētes sicut
oues nō habentes pastorē. Tunc
dicit discipulis suis. Messis quidē
multa operarij vero pauci: Roga-
te ergo dominū messis vt mittat
operarios i messē suam. Euntes

autē pdicate dicentes qz appro
pinquauit regnum celorum: īfir
mos curate/mortuos suscitate/
leprosos mūdate/demones eijci
te: gratis accepistis gratis date:
ecce ego mitto vos sicut oues in
medio lupor. Estote ergo prudē
tes sicut serpentes: et simplices si
cut colūbe. Offerto Ueritas mea.
Munera tibi quesu Secreta
mus dñe oblata sanctifica/
et intercedēte pro nobis beato ro
cho cōfessore tuo per hec omnes
scelerum nostrorū placatus ma-
culas absterge: et sanitatē corpo-
ris et anime nobis tribue. Per.
Coio Magna est. Postcoio.
Sumpsimus domine tua sā-
cta beati rochi merita recolētes:
presta quesumus. vt eius semper
et fideli muniamur auxilio et ma
gnifico proficiamus exēplo. per.
In cōmemoratione sācti christo
fori martir. Offm Gloria et hono.
Concede quesumus Oratio
omnipotens et misericors deus
vt qui beati christofori martyris
tui memoriam agim9: eius pijs
meritis et intercessionibus a mor
te ppetua subitanea peste fame
timore paupertate et ab omnib9
insidijs īimicorum nostrorum li
beremur ī terris. Per te iesu chri
ste saluator mundi rex glorie quē
idem christoforus meruit in suis
humeris portare. Qui viuis et re
gnas cū deo patre in vnitate spi
ritus sancti de9 Per oīa secula se
culorū. Epistola. Beatus vir qui
inuentus est sine macula. Grad.
Posuisti. ℣ Desiderium. Alleluya. ℣
Letabitur iustus in domino. Sequē-
tia. Organicis. De cōi vnius mar-
tyr. Euangelium. Nichil oper-
tum. Offertoriū Gloria et honore.
Accepta sit in con Secreta.
spectu tuo domine nostra de-
uotio et eius nobis fiat supplica
tione salutaris p cuius cōmemo
ratione defertur. Coio. Magna ē.
Sacro munere sa Postcoio
tiati supplices te dñe depre
camur: vt quod debite seruitut
celebramus officio/ intercedēte
btō christoforo martyre tuo sal-
uationis tue sentiamus augmē-
tum. Per dominū nrm. Missa
de sācto anthonio cfes. Officiū.
Gaudeamus omnes ī do
mino diē festum celebrā
tes sub honore beati an
thonij cfessoris tui de cuius cme
moratione gaudēt angeli et col-
laudāt filium dei. ps. Exultate iu
sti in domino rectos decet collaudatio.
Deus ps. Gloria patri. Orō.
qui concedis obtentu beati
anthonij cōfessoris tui morbidū
ignem extingui et membris egris
refrigeria prestari: fac nos ipsius
meritis a gehenne incendijs libe
ratos integros mēte et corpore ti
bi feliciter ī gloria presētari. per.
Ecce Lectio libri sapientie
confessor magnus qui in vi
ta sua probatus est et cognitus est
ī verbis suis fidelis. Quasi stella
matutina ī medio nebule: et qua
si sol refulgēs sic beat9 anthoni9
refulsit in tēplo dei Quasi arcus

refulgés inter nebulas glie qua
si flos rosar in dieb⁹ veris. Qua
si lilia in trásitu aq̄: ⁊ quasi thus
redolens ī diebus estatis. Quasi
ignis effulgés: et thus ardens in
igne. Quasi vas auri solidum or
natum omi lapide p̄cioso. Qua-
si oliua pullulás et cypressus ī al-
titudiné se extollés in accipiédo
ipsum stolam glie et vestiri eum
consummatione virtutis. Gra.
Domine preuenisti eum in benedictiōi
bus dulcedinis posuisti in capite eius co
ronam de lapide precioso. V. Vitam pe
tiit et tribuisti ei longitudiné dierum in
seculū seculi. Alleluya. V. Felix corpus
et felix anima felix virtus sancti antho
nii cuius nomen collaudant omnia ⁊ ve
rentur gentes et populi flāmas ignis or
chi incédia mox suffocat victor demoni-
um tua prece laude ⁊ gloria nos copulat
sctōr cetui alleluya. V. O anthoni pa-
stor inclite qui cruciatos reficis morbos
sanas ⁊ destruis ignis calorem extinguis
pie pater ad dn̄m ora pro nobis miseris

In hac die letabun Seque.
da nostri chori plebs iocun-
da psallat cum tripudio. Et hac
die triumphali laudes vota spiri
tali persoluat anthonio. Hic insi
gni stirpe natus dono dei decora
tus effulsit virtutibus. Intra pe
tit per desertum ne seuicijs inser
tum mūdus fallat opibus. Quo
viso serpens antiquus christi ser-
uo inimicus p̄parat isidias. Cel-
lam subit sine mora et quasi v̄go
decora sibi dat bládicias Quo cō
perto miles fortꝫ inq̄t ruba fines
mortis super his carbonib⁹. De-
mon fugit ⁊ turbatus mox demo
nibus stipatus hūc cedit verberi-
bus. Ieiunijs macerat⁹ mundū
spernés xp̄o gratus carnis soluit
debitū. Quicquid igne trucidat
gehénali liberatur ob ipsius me
ritum. Nunc exultat laureatus
stola vite decoratus in celesti cul-
mine. Thronū sūme maiestatis
cū spiritibus beatis leto cernit lu
mine. Pie pater p̄ciose funde pre
ces copiose sūmo regi glie. Pro p̄
senti concione vt in celi regione
melos canat glorie. Amen. Euā

Igeliū secundū matheū. xix.
In illo tp̄e: Dixit symō petr⁹
ad iesū. Ecce nos relinquim⁹ oīa
et secuti sum⁹ te: q̄d ergo erit no-
bis: Iesus autem dixit eis. Amē
dico vobis q̄ vos q̄ secuti estis me
i regeneratione cū sederit filius
hois i sede maiestatꝫ sue sedebitꝫ
⁊ vos sup sedes duodeci iudican-
tes duodeci trib⁹ israel. Et oīs q̄
reliq̄rit domū vel fratres aut so-
rores aut patré aut matrem aut
vxoré aut filios aut agros p̄pter
nomé meū centuplū accipiet: et
vitam eternā possidebit. Offer:
Veritas mea ⁊ misericordia mea cū ip
so et in noīe meo exaltabitur cornu ei⁹.

Sacrificiū nostrū. Secreta.
Sq̄s domine benignus intē-
de: quo sicut beati authonij pre-
cibus cruciat⁹ temporales sana-
re nō desinis ita exui misericordi
ter impetremus ab eternis. Per.
Cō. Beatus seruus quem cum venerit
dn̄s inuenerit vigilant ē amē dico vobis
sup oīa bona sua cōstituet eū. Postcō.

Prosit nobis domine ad salutē sacri muneris oblatio/ per quā bti anthonij fulti suffragio exēplo ipsius oīa tela nequissima ignea extinguētes sanctorū mereamur adiungi consortio. Per dominū nrm. Missa de sancto gabriele archangelo. Officiū.

Gaudeāt oēs fideles de sublimi ministerio gabrielis archangeli p quē vtriusqz testamēti patribus incarnati verbi sacramētum reuelatum est et maria virgo celesti credens nuncio mater verbi effecta est. ps. Gaudeant angeli atqz letentur archangeli et congratulentur martyres.

Omnipotēs sēpiterne Orō. deus q̄ per gabrielē archangelū regnis peccati deiectis christi vnigeniti filij tui regnū cū iusticia sēpiterna adduci pphetam docuisti danielē vt cōsummetur preuaricatio finem accipiat peccatum ꝛ iniquitas deleatur: cōcede nobis interuentu beate marie matris christi ꝛ sui diui nuncij gabrielis archangeli ab oī preuaricatione ꝛ peccato mūdari/ quatenus deleta omni iniquitate eiusdē vnigeniti filij tui ꝛ regni eius participes ꝛ coheredes effici mereamur. Per eundem dominū nostrum iesum christum filiū tuū.

In diebꝰ R. pphē daniel. ix. illis: Ecce vir gabriel quē videram ī visione a principio cito volās tetigit me ī tempore sacrificij vespertini et docuit me et locutꝰ est michi dixitqz daniel nūc egressus sum vt docerem te et intelligeres. Ab exordio p̄cum tuarū egressus est sermo. Ego autē veni vt indicarem tibi qr vir desideriorum es. Tu ergo aīaduerte sermonē et intellige visionē. Septuagita ebdomades abbreuiate sunt sup populū tuum ꝛ super vrbē sanctā tuam vt cōsūmetur preuaricatio et finē accipiat peccatum ꝛ deleatur iniquitas et adducatur iusticia sempiterna ꝛ impleaẗ visio et prophetia et vngaẗ sctūs sctōꝝ. Scito ergo ꝛ aīaduerte ab exitu sermonis vt iterū edificeẗ hierusalē vsqz ad xpm ducē ebdomade septē ꝛ ebdomades sexagita due erūt ꝛ rursū edificabiẗ platea et muri in āgustia tēporū. Et post ebdomadas sexagita duas occidetur christꝰ ꝛ non erit eiꝰ populus q̄ eum negaturꝰ est. Et ciuitatē et sanctuariū dissipabit populus cū duce vēturo et finis eiꝰ vastitas et post finem belli statuta desolatio. Cōfirmabit autē pactum multis ebdomada vna ꝛ ī dimidio ebdomadis deficiet hostia et sacrificiū ꝛ in tēplo erit abominatio desolationis ꝛ vsqz ad consūmationem et finem perseuerabit desolatio. Grad. Cum viderem ego daniel visionem et quandā intelligentiam ecce stetit ī conspectu meo quasi species viri ꝛ audiui vocem clamātis et dicentis gabriel fac istum intelligere visionē. V. Uere benedictus gabriel archangelus et omnium iustorū ore laudandus qui timidos et collapsos in daniele confortat et erigit desperantiū ora

in zacharia claudit et corda omnium credē
tium in fide matris christi cū laude ape-
rit nuncia pacis et vite sic omnib⁹ demō
straſ. ℣. Alleluya. Inter milia miliū et
decies cētena milia gabriel totius huma
ne salutis nuncius electus est qui filiū ho-
minis suscipientē a deo patre principa-
tum et honorem ostēdit regnūq; eius in
vtero virginis incipere nūciauit cui om
nes populi tribus et lingue seruiēt all'a.

Nunc letetur. Sequentia.
Nunc plebs fidelis recitando ga-
brielis laudes et preconia. Ort⁹
manet in splendore missus venit
in amore ferens nobis gaudia.
Omis homo omi die gabrielis ⁊
marie petat beneficia Ex his ma
nat fōs virtutis dulcor vite spes
salutis ⁊ diffusa gratia. Hic predi
xit precursoris ortum nostri redē
ptoris et multorū gaudia. zacha
rie nō credētis velle dei mire mē-
tis clausit oris ostia. Dum te vir
go salutauit i te venit qui purga
uit multa mūdi crimina. Et nos
recōsiliauit angelus dum cōmu-
tauit tenebras in lumina. Ab ad
uersis nos euelle sana morbos ⁊
expelle pestes ⁊ demonia Gabriel
qui descēdisti cū salute seruos xpi
ducas ad celestia. Tractus. Gau-
de maria virgo cūctas hereses tu sola in
teremisti. ℣. Que gabrielis archangeli
dictis credidisti. ℣. Dū virgo deū et ho-
minem genuisti. ℣. Et post partum vir
go inuiolata permāsisti dei genitrix in-
tercede pro nobis. Euangelium. Se
cundū lucam. Missus est āgelus
Offertoriū. Confitebimur tibi domi
ne deus peccata nostra prosternētes pre-
ces cū daniele propheta in conspectu tuo
vt veniat nobis vir gabriel archangelus
qui cito volens sacrificium ī vesper mū-
di in vtero virginis ex virtute altissimi
procreandum ⁊ per summū pontificem
christum pro omni salute deo patri offe-
rendum lōge ante suo ministerio decla-
ratū est nunc de manibus nostris digne
suscipere per eum laude digneris. Sec

Munera sacrificij nostri que-
sumus dn̄e deus in corpus ⁊
sanguinē filij tui benedictio tua
conuertat quem diuinissim⁹ ga-
briel archangelus de beata virgi
ne maria nasciturum nunciauit
dominū nostrū iesum christū fili
um tuum. Coio. Apparuit autem
angelus stans a dextris altaris incensi:
et dixit zacharie. ego sū gabriel qui asto
ante deum et missus sum loqui et euan-
gelizare quoniam in vtero virginis hu-
manitate assumpta iungetur sanctus
sanctorum Alleluya. Postcōmunio

Sacramentum absconditū
a seculis i deo quod gabriel
archāgelus de maria virgine na
sciturum edocuit: ⁊ pro nostra sa
lutari refectione nunc admirabi
li sacramento relatum vera fide
percepimus: q̄s domine deus nr̄.
vt intercedēte beata dei genitri-
